ANECDOTA

MEDICA GRAECA.

ANECDOTA
MEDICA GRAECA

e Codicibus MSS. exprompsit

F. Z. ERMERINS,

MED. DOCT.



LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCCCXL.

L. S.

Accipis, L. B., opusculorum nonnullorum de rebus medicis, quae ad hunc usque diem in Bibliothecis latuerunt, editionem; quae quo modo nata sit, quos complectatur libellos, qua ratione et quo consilio in lucem emittatur, paucis est declarandum.

Quod attinet ad occasionem opellae in his edendis positae, quum anno superiori fere tres menses Parisiis transigerem, eo maxime consilio ut Aretaei Codd. MSS., quos habet Bibliotheca Regia, conferrem, (quippe in recensendo textu huius auctoris in perpaucis medicis Graecis praestantissimi iam mea opera qualiscumque versatur), collatis his libris circumspiciebam, num quid opusculi inediti invenirem, quod per angustos temporis tunc mihi restantis fines descri-

bere liceret. Itaque primum, quem Lugduni-Batavorum aliquando descriptum mecum portaveram, Theophili librum *de pulsibus* cum MSS. Parisiensibus comparavi; tum Leonis cuiusdam *conspectum Medicinae* et incerti auctoris fragmentum *de cibis*, denique nescio cuius Hippocratis *epistolam ad* Ptolemaeum e codicibus depromsi et domum reversus ita adornavi, ut typis mandari posse viderentur.

Tenes L. B. editionis huius originem: de singulis scriptionibus editis paullo uberius exponam.

Theophili Protospatharii scripta recensentur a Fabricio *Bibl. Gr.* Vol. XII. p. 648 seqq. Ed. antiquae, Schoell. *Gesch. der Gr. Litt.* Vol. III. p. 478. Choulant *Bücherkunde für die ältere Medizin.* p. 88. Qui postquam de his monuerunt, medicus eruditissimus Dietzius Graece edidit tum aliorum, tum Theophili nostri Scholia in Hippocratem. Iam vero, quod caput est, inter eius opera refertur tractatus quidam *de pulsibus*, Philareti nomen prae se ferens et Latine tantum editus coniunctim cum libello Theophileo *de urinis*. Uterque occurrit quum in vetustissima collectione scriptorum medicorum, quae *Articella* s. *artis cella* audit, tum in Henr. Stephani *Artis Medicae principibus post* Hippocratem *et* Galenum Vol. II. p. 843. ad calcem

AËTII. PHILARETI tractatum illum FABRICIUS l. l. in aliis MSS. THEOPHILO tribui refert et hoc nomine Latine redditum esse a PONTIO VIRUNIO *Tarvisino*; quod num verum sit dubito, quandoquidem VIRUNII versio haec FABRICIO ipsi est eadem quae in *Articella* habetur, ubi non THEOPHILI nomen legitur, sed PHILARETI. DIETZIUS in Praefatione ad Scholia a se edita Vol. II. pag. IX: « Libellum, inquit, THEO« PHILI de pulsibus nondum Graece editum primum « tunc edam." Ita ut hic etiam Latine editum PHILARETI opusculum idem esse credidisse videatur atque ineditum THEOPHILI de eodem argumento.

Ipse his viris auctoribus primum idem sum opinatus: postea tamen comperi Latinum illum libellum a THEOPHILEO meo quam longissime distare; quod ut omnibus pateat, principium eius, quale in *Artis cella* legitur, ed. Venetiis 1487, quum liber sit longe rarissimus, hîc describo cum locis paucis e fine:

« Incipit liber pulsuum PHILARETI.

« Intentionem habemus in praesenti conscriptione de « pulsuum negocio compendiosam exponere traditio« nem et dicere primum quid sit pulsus et quae uti« litas pulsus, et quid sit arteria et quare dicatur « arteria et unde exoriatur. Incipiendum est ergo a

« primo. Quid est pulsus? Pulsus est motio cordis et « arteriarum, quae secundum diastolen et systolen fit « ad frigidationem caloris innati et egestionem fumo- « sarum superfluitatum. Quot sunt efficientia pulsum? « Tria: virtus faciens motionem, utilitas inducens et « instrumentum obediens. Quid est arteria? Arteria « est corpus oblongum, rotundum adinstar canalis, « duabus tunicis consistens, a corde incipiens et in « omne corpus divisum, aërem et spiritum vitalem « continens cet."

Ita se habet initium, en finem!

« Quid differt caprisans a bis pulsante? Quod ca- « prisans quidem in una diastole differenter motiones « facit, ut capra sursum saliens bis saltat pedibus in « aërem: hic vero fit coacta virtute et gravata ab « aliqua causa et tribulante eam: bis vero pulsans bis « et idem pulsat percussionem: hic vero fit propter « duriciam corporis arteriae; repercutiente enim et « rursus currente violenter spiritu in secundam venit « percussionem, ut in incudem malleus. Quid dif- « fert vermiculosus a formicante? Quoniam vermi- « culosus quidem plurimum convertitur et venit ad « melius et manifestam magis habet inaequalitatem; « formicans vero non contenta iam virtute sed disso-

« luta et deleta fit et mortem significat. Et haec no-
« bis de pulsu ad praesens sufficiant."

Haec cum libello ab Albano Torino in Latinum sermonem converso et inter Stephani *artis medicae principes* relato comparanti ultro patebit ambos, quoad res spectabit, inter se convenire, eo vero nomine differre, quod tractatus in *Articella* obvius in interrogationum et responsionum formam est redactus, non item alter Torini. Hos autem qui cum Theophileo, quod edo, opusculo componet, ab isto admodum illos diversos esse videbit.

Quum igitur propterea modo Philareti liber Theophilo tribui videatur, quod cum huius opere *de urinis* coniunctus sit repertus, mihi quidem dubium est, num maiori iure illud *de pulsibus* opusculum huic tribuas, quam quod ego nunc in lucem emitto: quin etiam, fatebor enim, verosimilius iudico meum hunc libellum Theophilo auctori deberi, quam alterum, hisce de causis: Primum quidem huius nomine inscribitur in pluribus codicibus: tum in Introductione sunt quaedam cum aliis in Introductione in Theophili librum *de urinis* satis congruentia: finis denique, quo auctor Christo gratias agit, cum eiusdem generis pietate Theophili in libris *de partibus corporis humani*, *de urinis*, prodita perbelle convenit. Nec tamen ni-

mis id urgeo, quum medicos istos recentiores, qui omnes propemodum uno ore, maxime Galeni, loquuntur, inter se sermone distinguere res sit profecto haud ita facilis. At ne cui mirum videatur Philaretum quemdam unicum *de pulsibus* opusculum reliquisse, moneo etiam Marcisii cuiusdam tractatum περὶ σφυγμῶν in Cod. Par. 2307. superesse, et similem tertium Callisti Mercurii in MS. 2315, neque ulla tamen alia, quod sciam, horum opuscula inveniri.

Refert Fabricius p. 653 l. l. apud Nesselium Theophili *de pulsibus* initium hoc esse: τί ἐςι σφυγμός; — Eodem modo incipit in Cod. Par., quem littera E notavi, in quo ante vulgatum in ceteris MSS. initium quaestiones permultae et responsiones et definitiones leguntur, perinde atque in medio libro, sicuti in varr. lectt. subinde adnotavi. Pari modo in Cod. Par. 2219. interrogationum, cet. plenum me videre memini Palladii s. Stephani libellum *de febrium differentiis*, quam rem inde explicandam existimo, quod recentissimi Graeci eiusmodi compendia discipulorum in usum in hanc formam redegerint.

Pergo ad Leonis *Synopsin*, de qua, quum perpauca cognoverim, perpauca etiam habeo dicenda. Eius mentio fit apud Fabricium l. l. Vol. XII. p. 781,

et apud Du Cangium in Catalogo scriptorum ineditorum ab ipso ad Glossarium condendum adhibitorum p. 28. Quaestionem de huius aetate intactam relinquo, quia hac de re nihil admodum comperi, e quo quando inciderit conficiam: labentis sane Graecitatis auctorem esse ultro patet.

Sequitur *Incertus auctor de cibis*, quem memorat Fabricius l. l. p. 780, et Du Cangius in Indice isto p. 38. Hic tamen compendium, in quo equidem *Κωνςαντίνου* nomen latere arbitror, legit *κυρίου*; ceterum idem, quem adhibuit Du Cangius, codex a me descriptus est; nam in *πίνακι* codicis ipsius viri celeberrimi manu exarato eodem numero 2147. hic liber insignitur, quo in illo Indice. Ex inscriptione constat excerptum esse e libro de medicina ad Constantinum Pogonatum, cui hic dicatus fuerit, ut puto, perinde ac Theophanis Nonni ille Constantino Porphyrogenneto. Praeterea, quantum coniicere licet ex exiguo loco, quem capita de alimentis in eiusmodi operibus de universa arte medica occupare solent, fuerint haec nostra desumta e satis amplo volumine. Constantinum Pogonatum ab anno 668—685 (*)

(*) Vide Theophan. de vit. *Const. Pog.* ad annum huius aetatis 27.

imperium tenuisse constat, ita ut opus illud scriptum sit circa Theophili et Stephani et Pauli Aeginetae aetatem. Occurrunt tamen recentioris temporis vocabula plurima, qualia apud Paulum, qui etiam inferior quam huius anonymi aetas fuisse videtur, frustra quaesiveris. Res autem me iudice facilis est intellectu: nempe ipse ille, qui haec fragmenta recentissimo tempore e syntagmate, quod admirabatur tamquam *σαφῶς πονηθὲν παρὰ ἀνδρὸς σοφωτάτου*, descripsit, lapsae Graecitatis voces permultas invexerit. Codex ipse vitiis scripturae adeo contaminatus est, ut lectu fuerit difficillimus, neque ego certe sine Aëtio aliisque collatis intelligere potuissem.

Ultimo loco dicendum de Hippocratis scilicet Epistola ad Regem Ptolemaeum, de qua monuit nuperrimus operum Hippocratis editor, Littréus, in elencho Codd. patris huius artis nostrae medicae, quam editioni praemisit. Distinguit vir doctissimus duas ad Ptolemaeum epistolas, alteram, cui exordium: *Τῆς σῆς ὑγείας, ὦ βασιλεῦ κ. τ. λ.* p. 514. et *Ἐπιμελούμενοι τῆς σῆς ὑγείας, ὦ βασιλεῦ, κ. τ. λ.* p. 537, alteramque, quam ipse nunc exhibeo. Priorem illam aliquo abhinc tempore mihi descripsi e Cod. Vulcanii 56. Bibl. Lugduno-Batavae: postea editam esse vidi in *Anecdotis Graecis* celeberrimi Boissonadii Vol. III.

p. 422—428. Monet editor in Cod. 2301. fraudem iam suboluisse scribae, ut qui annotet συνταγμάτιόν τι ἀπιθάνως ἐπιγραφόμενον Ἱπποκράτους κ. τ. λ. Idem observavi in MS. VULCANII, ubi in margine rubris litteris picta quaedam, quorum initium perquam obscure scriptum: σῆ (i. e. σημείωσαι vel σημειωτέον. vide BASTIUM ad *Greg. Cor.* p. 216 sq.) ὅτι ὁ Ἱπποκράτης Αἰολεὺς ὑπῆρχε· πῶς ὁ παρὼν Ἱπποκράτης γράφων κοινῶς φαίνεται; οὐκ ἦν ἡ συγγραφὴ τοῦ Ἱπποκράτους. νόθος ἐςί. BOISSONADIUS dein pergit: « Sed reponi potest « aetate PTOLEMAEI Medicum vixisse, cui nomen fue- « rit HIPPOCRATES, ac Cos patria: quod praefracte « negare nolim. Iam in ipsum inquirere PTOLE- « MAEUM, quis e tot PTOLEMAEIS fuerit, prorsus fri- « volum opinor. Indubitanter quidem LEMONIUS vel « BOIVINUS, in FABR. *Bibl. Gr.* XI. p. 5. scripsit « PTOLEMAEUM esse ALORITEM Macedoniae Regem, « quem vellem id vel verbulo confirmasset (*). Exstare « videtur in aliquo epistola codice sub nomine DIO- « CLIS ad ANTIGONUM Regem, si quidem id tituli ver- « sioni Latinae est impositum, quae MELETIO de Stru- « ctura Hominis addita fuit, vide HASIUM in *Not.*

(*) Id forte e mensium nominibus Macedonicis coniecit.

« MSS. T. IX. 11. p. 130, a quo etiam didici Epi-
« stolae ipsi Dioclis in Cod. 1631. duplex fuisse prae-
« fixum nomen et Dioclis et Hippocratis, hocce sci-
« licet modo: *Ἐπιςολὴ καὶ διαθήκη Διοκλέους καὶ Ἱπ-
« ποκράτους προφυλακτικὴ περὶ τῆς ὑγιείας πρὸς Ἀντί-
« γονον τὸν βασιλέα.* Quum sit utriusque Epistolae
« magna circa argumentum eiusque tractationem si-
« militudo, hinc nominum confusio." Haec Boisso-
nadius. Quae de argumenti harum Epistolarum similitudine monet, ea profecto sunt verissima: novi enim quinque Epistolas eiusmodi inter se maxime congruentes. Prima est Dioclis, quae dicitur, Epistola, quae in Pauli Aeginetae editionibus circumfertur et exstat in Fabr. *Bibl. Gr.* Vol. XII. p. 585: altera Hippocratis personati a Boissonadio edita: tertia adscripta eidem Hippocrati, quam ego e MSS. depromsi: quarta Epistola Latina *de sanitate tuenda* ad Antiochum Regem, Largo Designatiano interprete, Hipp. Ed. Lind. I. p. 646: postremo quinta Hippocratis *de sanitate tuenda* ad Mecenatum, eodem interprete, ibid. p. 650: cuius exemplar a Lindeniano valde diversum item Latinum habetur in MS. Vossiano Q. 13: inscriptio haec est in Cod. I.: « Yppocrates Mecennati suo salutem." Omnes hae Epistolae, quamquam minime ad verbum inter se

conveniunt, tamen adeo alia aliam referunt, ut communem quamdam originem facillime agnoscas: differt a reliquis maxime ea, quam ipse nunc primum in his Anecdotis Medicis in lucem edo.

Haec sunt, quae de singulis opusculis habebam dicenda: illam autem in edendo rationem tenui, ut manifesta librariorum *σφάλματα* eluerem, quo loco opus videretur de emendatione monerem, adposita Codicis lectione, et ut ubi plura adhiberem MSS. lectionis varietatem omnem textui subiicerem. Latine hos libellos verti praesertim Luchtmansiis, Bibliopolis honestissimis, id flagitantibus, quo vendibiliores essent. Postremo paucissimas notulas, ubi res id postulare videbatur, adscripsi et Indicem Graecitatis subiunxi.

In lucem emitto haec opuscula, quia, quamvis ea haud adeo magni faciam, quod lubens profiteor, digna tamen visa sunt, quae in publicum prodirent, ut ad aliorum interpretationem faciliorem reddendam adhiberi possent. Nec vero infitias eo simul id me spectasse, ut in hoc leviori labore suscipiendo veluti virium periculum facerem, unde ad alia maiorisque illa momenti edenda transeundum.

Superest, ut gratias agam viris duobus Celeberrimis Hasio et Geelio, de me studiisque meis optime

meritis. HASIUS MSS. Bibliothecae Regiae Graecis conservandis Praefectus commorantem me Parisiis et aliis officiis et facilitate in Codd. suppeditandis adiuvit. Eadem humanitate GEELIUS me incognitum sibi hominem excepit, thesauros Bibliothecae Lugduno-Batavae mecum benevole communicavit et in paranda hac editione consiliis mihi adfuit. Utrumque bonarum literarum antistitem ut animi grati significationem benevole accipiat etiam atque etiam rogo.

Tu, L. B., vale!

Scripsi Medioburgi ipsis Idibus Maiis MDCCCXL.



THEOPHILI,

PROTOSPATHARII REGII ET ARCHIATRI

LIBER

DE PULSIBUS.

THEOPHILI,

PROTOSPATHARII REGII ET ARCHIATRI

LIBER

DE PULSIBUS.



Duos quidem cordis esse ventriculos, sinistrum et dextrum, ac sinistrum multum spiritum continere, sanguinem vero paucum, dextrum contra sanguinem multum, spiritum paucum, atque utrumque ex eo, quod quantitate superius est, nomen habere unicuique rerum perito ex anatome patet. Praeterea a sinistro ventriculo magnam oriri arteriam, aortam vocatam, veluti truncum quemdam in multas scissum arterias maiores et minores ad vitam per totum corpus diffundendam, itidem manifestum doctis non solum sed vel rudioribus etiam. Vitam istae corpori praebent motu suo: moventur autem diastole et systole aequabili omnes modo, eodemque quo cor, ita ut ex illarum una quomodo omnes habeant efficere pos-

Codices MSS., quos adhibui quinque, sic notavi:

A. significat Varias Lectt. e MS. Vossiano Leidensi; B. codicem Parisiensem N°. 2220. C. cod. Paris. N°. 2229. D. cod. Paris. N°. 2257. E. cod. Paris. N°. 2219.

Codicum Variae Lectiones. 1) ἀρχιηεροῦ A. ἀρχηιτροῦ C. 2) ἐςὶν A. 3) αἷμα μὲν — ὀλίγον om. in E. 4) ἐπικρατοῦντος E. 5) πᾶσι δὲ τοῖς ἐμπ. A. verba haec om.

Θ Ε Ο Φ Ι Λ Ο Υ,

ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΠΡΩΤΟΣΠΑΘΑΡΙΟΥ ΚΑΙ [1] ΑΡΧΙΑΤΡΟΥ

ΠΕΡΙ

Σ Φ Υ Γ Μ Ω Ν.



Ὅτι μὲν δύο κοιλίαι τῆς καρδίας [2] εἰσὶν, ἀριστερά τε καὶ δεξιὰ, καὶ ὅτι ἡ μὲν ἀριςερὰ περιέχει τὸ πνεῦμα πολὺ, αἷμα δ' ὀλίγον, ἡ δεξιὰ δὲ τοὐναντίον [3] αἷμα μὲν πολὺ, πνεῦμα δ' ὀλίγον, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ [4] κρατοῦντος τὴν προσωνυμίαν ἐσχήκασιν, ἡ μὲν ἀριστερὰ πνευματικὴ, ἡ δεξιὰ δ' αἱματικὴ, [5] πᾶσι τοῖς ἐμπείροις [6] τῆς ἀνατομῆς δῆλον. Ὅτι δὲ [7] καὶ ἀπὸ τῆς ἀριςερᾶς κοιλίας ἐκφύεται ἡ μεγάλη ἀρτηρία, [8] ἡ ὀνομαζομένη ἀορτὴ, ὥσπερ τι πρέμνον κατασχιζομένη εἰς πολλὰς ἀρτηρίας μείζονάς τε καὶ ἐλάττονας πρὸς ζωογόνησιν τοῦ παντὸς σώματος, καὶ τοῦτο φανερὸν οὐ μόνον σοφοῖς ἀνδράσιν ἀλλὰ καὶ ἀγροικοτέροις. Ζωογονοῦσι δὲ τὸ σῶμα τῇ κινήσει αὐτῶν· κινοῦνται δὲ σφυγμοειδῶς κατὰ διαςολὴν [9] καὶ συςολὴν ἴσως ἀλλήλαις τε καὶ τῇ καρδίᾳ, [10] ὥςε

B. C. D. 6) ἐν τῇ ἀνατ. B. sed ἐν τῇ adscr. recentiore manu. in A. ἀνατομή omiss. ἐν τῇ, ceteri τῇ ἀνατομῇ. 7) καί om. B. Pro ἀπό est αὐτή in B. C. D. 8) ἡ ὀνομαζ. om. in E. Id. habet ἀορτήρ. cet. ἀορτή. 9) καὶ συςολήν om. in B. C. D. 10) ὥςε — οὖν ἡ καρδία om. in B. C. D, solemni librariorum errore, quorum oculi et mens a praec. καρδίᾳ ad seq. καρδία aberrabant.

sis. Cor igitur una cum arteriis omnibus expanditur aequabiliter secundum naturam, non secundum voluntatem, attrahens aërem a pulmone per asperam arteriam inspiratum ac veluti coctionem quamdam passum et calorem in illo accipientem ad conservandum et augendum innatum in corde calidum.

Expansae igitur arteriae spiritu replentur: at in systole illae, qnae in superficie inveniuntur, per exhalationem expellunt fuliginosa in ipsis recrementa: quae vero in profundo sitae sunt, loco carent quorsum sordes foras expellant; sed in vacua circum arterias loca eiiciunt quae procul a corde sitae sunt, quae vero prope absunt ad cor et pulmonem demittunt. — Quod igitur ex utroque motu diastole et systole componitur pulsus appellatur. Definitur autem hoc modo: pulsus cordis et arteriarum motus est, qui fit secundum diastolen et systolen.

Cor igitur quum sit corpus cavum et longum et rotundum, quumque a circo incipiens in apicem desinat coni formam habet. Hujus coni axis est linea recta per coni profundum ducta a centro circuli, qui ad principium est usque ad extremum apicem. Ipsa haec

---

1) *δέ* E. 2) *πνεύματος* A. C. E. 3) *χλίασιν* A. B. C. D. 4) *λαμβάνοντα* A. E. 5) *τῆς καρδίας* A. B. C. D. 6) *ἐπὶ πολλῆς* A, *αἱ ἐπὶ πολλῆς* E. 7) *αὐτῷ* B. C. D. 8) Correxi, quod habent Codd. omnes, *τὰς κειμένας*. In E. est *τὰς ἐν β. διακειμένας πεφ. τόπον.* 9) *διώκειν* B. C. *δίωκον* D. 10) *καὶ κατά* A. B. C. D. 11) *πλησιαζόμεναι* D. 12) *τὴν καρδίαν* A. in quo vestigium est

ἐκ μιᾶς αὐτῶν δύνασθαι περὶ πασῶν συλλογίζεσθαι. διαςέλλεται [1] οὖν ἡ καρδία ἅμα πάσαις ταῖς ἀρτηρίαις ἴσως κατὰ φύσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ προαίρεσιν, ἕλκουσα τὸν εἰσπνεόμενον ἀέρα ὑπὸ τοῦ [2] πνεύμονος διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὥσπερ τινὰ πέψιν καὶ [3] χλίανσιν ἐν αὐτῷ [4] λαβόντα εἰς διαμονὴν καὶ αὔξησιν τοῦ [5] ἐν τῇ καρδίᾳ ἐμφύτου θερμοῦ.

Διαςελλόμεναι τοίνυν αἱ ἀρτηρίαι πληροῦνται πνεύματος· ἐν δὲ τῇ συςολῇ αὐτῶν αἱ [6] ἐπιπολῆς ἐκδιώκουσι κατὰ διάπνοιαν τὰ ἐν [7] αὐταῖς λιγνυώδη περιττώματα, [8] ταῖς ἐν βάθει δὲ κειμέναις οὐ πέφυκε τόπος πρὸς τὸ [9] ἐκδιώκειν ἔξω τὰ περιττά· ἀλλὰ [10] κατὰ τοὺς κενοὺς τόπους, τοὺς πέριξ τῶν ἀρτηριῶν αἱ πόῤῥω κείμεναι διώκουσιν· αἱ δὲ [11] πλησιάζουσαι [12] τῇ καρδίᾳ πρὸς τὴν καρδίαν καὶ πρὸς τὸν πνεύμονα ἀποςρέφουσι. Τὸ οὖν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κινήσεων [13] διαςολῆς τε καὶ συςολῆς γινόμενον ὀνομάζεται σφυγμός. ὁρίζεται δὲ [14] οὕτως· σφυγμός ἐστι κίνησις καρδίας καὶ ἀρτηριῶν κατὰ διαςολὴν καὶ συστολὴν [15] γινομένη.

Τῆς [16] καρδίας οὖν σώματος οὔσης [17] κοίλου καὶ μακροῦ καὶ περιφεροῦς, καὶ ἀπὸ [18] κύκλου ἀρχομένης καὶ εἰς κέντρον ληγούσης κωνοειδὴς τῷ σχήματι γίνεται. [19] τούτου τοῦ κώνου κέντρον ἐστὶν εὐθεῖα γραμμὴ μέσον [20] ἐκτεταμένη κατὰ [21] βάθος τοῦ [22] κώνου ἀπὸ τοῦ κέντρου

---

verae lectionis, quam ex E. recepimus. Ceteri πρὸς τὴν καρδίαν. καί ante πρός om. in B. C. 13) διαςολή τε καὶ συςολή A. 14) Post οὕτως in B est inscriptio Ὅρος σφυγμοῦ. 15) γενόμενος B: ceteri omnes γινόμενος. Turpe mendum sustuli. 16) οὖν ἀρτηρίας B. C. D. E. 17) κύκλου B. C. D. 18) κοίλου E. 19) τοῦτο omnes. 20) ἐντηταμένη D. 21) βάθους A. 22) κώλου B. C.

linea recta principium est diastoles, et finis systoles: in eadem igitur internae quietis momentum cernitur, sicuti in externa superficie initio systoles momentum quietis externae.

De pulsibus autem nemo ex antiquis sapientibus medicis perspicue exposuit, ne ipse quidem Hippocrates: sparsim vero nonnulli de pulsibus quaedam definivere; quod ubi facerent, fecerunt perinde ac si systole observari non possit: neque etiam ad quamnam brachii partem medicum manum admovere oporteat, ut hunc vel illum pulsum sentiat, dixerunt; quod patet ex illorum libris.

Nam in [Galeni] libro de febrium differentiis ita loquitur Hippocrates: » e febribus quaedam mordaces sunt ad manum, aliae lenes. Quaedam non mordaces quidem sed increscunt continuo. Aliae autem acutae quidem sed quae manui cedant: aliae statim summam cutem ardore incendunt: aliae continuo —— salsuginosae: aliae bullas in cute efficiunt —— aliae ad manum madentes: aliae rubicundae: aliae e viridi pallentes: aliae lividae, caeteraeque ad hanc normam compositae."

---

1) *καὶ μέχρι* E. 2) *τῆς δὲ σ.* A. omissis ceteris. 3) *καί* om. E. 4) *μέν* om. A. 5) *συνεγράψατο* A. B. C. D. 6) *ἐπαναισθήτως* A. B. C. D. 7) *χρή*, quod requirit sententia, de coni. supplevi. 8) *γραμμάτων* A. D. 9) Sic E. *ἐν τούτῳ* A. *ἐν τῷ* C. D. — Qui citatur locus est Aphor. 17. Sect. I. Epid. VI. neque tamen ille liber citatur nomine *περὶ διαφορᾶς πυρετῶν*: sed Theophilus hunc locum Hippocratis desumsit ex Galeni libro *de Diff. Febrium*, ubi exstat Vol. VII. p. 274. Kühn.

versionem Foësii praefert censor
reiicit interpretationem meam vocis
πεμφιγώδεες Galeni auctoritate;

τοῦ πρώτου τῆς ἀρχῆς κύκλου [1] μέχρι τοῦ τελευταίου κέντρου. αὕτη ἡ εὐθεῖα γραμμὴ ἀρχὴ μέν ἐστι τῆς διαστολῆς, [2] τέλος δὲ τῆς συστολῆς. ἐν ταύτῃ τοιγαροῦν καὶ ἡ ἐντὸς ἠρεμία θεωρεῖται, ὥσπερ [3] καὶ ἐν τῇ ἔξω ἐπιφανείᾳ τῇ ἀρχῇ [4] μὲν τῆς συστολῆς ἡ ἐκτὸς ἠρεμία.

Περὶ μὲν οὖν σφυγμῶν οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων σοφῶν ἰατρῶν ἀριδήλως [5] συνέγραψεν, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης· κατασποράδην δέ τινες ὡρίσαντο περὶ σφυγμῶν καὶ τότε ὡς [6] ἐπ' ἀναισθήτου τῆς συστολῆς· οὐ μέντοι γε κατὰ ποῖον μέρος τῆς χειρὸς προσβάλλειν τὸν ἰατρὸν τὴν χεῖρα [7] χρὴ, ἵνα αἴσθηται τοῦδε τοῦ σφυγμοῦ, ἢ τοῦδε· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν [8] συγγραμμάτων αὐτῶν.

[9] Ἐν γὰρ τῷ [10] περὶ διαφορᾶς πυρετῶν [11] οὕτω φησὶν ὁ Ἱπποκράτης· πυρετοὶ οἱ μὲν [12] δακνώδεες τῇ χειρὶ, οἱ δὲ [13] πρᾳέες, οἱ δὲ [14] οὐ [15] δακνώδεες μὲν, ἐπαναδιδόντες δέ· οἱ δὲ ὀξέες μὲν, [16] ἡσσώμενοι δὲ [17] τῆς χειρός· οἱ δὲ περικαέες [18] εὐθέως, οἱ δὲ διὰ παντὸς [19] —— ἁλμυρώδεες· οἱ δὲ [20] πεμφιγώδεες —— οἱ δὲ πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεες· οἱ δὲ ἐξέρυθροι· οἱ δὲ ἔξωχροι· οἱ δὲ πελιδνοὶ καὶ τἆλλα κατὰ λόγον.

---

10) περί om. in D. 11) ὁ Ἱπποκρ. οὕτω φησί A. ὁ Ἱ. οὕτως ἔφη C. et B: in hoc additur inscriptio Ἱπποκράτους. 12) δακνῶδες A. δακνώδεις εἰσί E. δακνώδεις cet. 13) πρίοντες A. B. C. D. 14) οὐ om. in B. C. 15) δακνῶδες A. δακνώδεις C. 16) ἡττώμενοι E. 17) τις χεῖρα A. 18) εὐθέως om. in A. B. C. D. 19) Indicavi lacunam, coll. ipso Aphorismo: sic etiam paulo post. 20) πεμφυγώδεες A. πεμφιγώδεις B. πεμφυγώδεις C. πομφολυγώδεες E. Seqq. οἱ δὲ — ἐξέρυθροι habet solus E.

Haec Hippocratis verba docent, illum non tetigisse arteriam quae in carpo est, sed in aliis aliisque corporis partibus, quod etiam hodie rudiores quidam faciunt: alii enim manum ad arterias in temporibus admoventes febricitantes et non febricitantes distinguunt. At secundum dicta Hippocratis extremam manum pronam ad costas lateris sinistri adplicuere tangentes locum, quo aorta e corde egreditur; id autem grave et molestum est aegrotantibus.

Sed post hujus aetatem superveniens Galenus, medicus maxime admirabilis, primus medicum docuit manum ad arterias in carpo adplicare, idemque primus de pulsibus magnum opus composuit, sedecim habens libros, e quibus quatuor libri pulsuum differentias tradunt, similiterque alii quatuor illorum diagnosin, atque alii quatuor eodem modo causas uniuscuiusque pulsus, sicuti postremi quatuor agunt de prognosi, quid denotent singuli pulsus. — Composuit autem alium etiam de pulsibus compendiosum ad Teuthram medicum tractatum, quoad discere valent iuniores disciplui, imperfectum autem quoad accuratam disci-

---

1) Excidisse videtur *αὐτόν.* 2) Sic B. Ceteri: *καί ἐςι καὶ νῦν ἐνεργούμενον παρά τινων ἀγροίκων τοῦτο.* 3) *καρπούς* B. C. D. 4) Sic E. Cet. omnes bis *τοὺς πυρέσσοντας.* 5) *δέ* om. in B. C. 6) Sic B. Cet. *πρὶν ἤ.* 7) *προσέβαλον* E. 8) Codd. *τὴν ἔκπτωσιν*, praeter E. in quo *ἔκφυσιν.* 9) *ἐπίμαχον* E. 10) *τούτων* A. 11) *πρῶτον* A. 12) *ἐπιβαλεῖν* E. 13) *τούς* om. A. *τῶν καρπῶν* E. 14) *διέταξε* B. *συνέγραψε* E. 15) *ιθ΄ βίβλοις* B. C. *βιβλίοις* cet. 16) *αἷς* B. C. quod recepi. Cet. *ἧ.*

Αὕτη ἡ ῥῆσις τοῦ Ἱπποκράτους δηλοῖ [1] μὴ τῆς κατὰ τὸν καρπὸν ἀρτηρίας ἅπτεσθαι, ἀλλ' ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μορίῳ τοῦ σώματος, [2] ὅπερ ἐστὶ καὶ νῦν παρά τινων ἐνεργούμενον ἀγροίκων· ἄλλοι μὲν γὰρ τὴν χεῖρα πρὸς τὰς κατὰ τοὺς [3] κροτάφους ἀρτηρίας προσβάλλοντες αἰσθάνονται [4] τῶν πυρεσσόντων καὶ τῶν μὴ πυρεσσόντων· κατὰ [5] δὲ τὴν ῥῆσιν τοῦ Ἱπποκράτους τὴν ἄκραν χεῖρα [6] πρηνῆ κατὰ τὰς πλευρὰς τὰς ἀριςερὰς [7] προσέβαλλον ἁπτόμενοι [8] τῆς ἐκπτώσεως τῆς ἀορτῆς· τοῦτο δὲ καταβαρὲς καὶ [9] ἐπίμοχθον τοῖς νοσοῦσι γίνεται.

Μετὰ δὲ τοὺς [10] τούτου χρόνους ἐπιγενόμενος Γαληνὸς, ὁ θαυμασιώτατος ἰατρὸς, [11] πρῶτος ἐδίδαξεν [12] ἐπιβάλλειν τὴν χεῖρα τὸν ἰατρὸν πρὸς τὰς κατὰ [13] τοὺς καρποὺς ἀρτηρίας καὶ πρῶτος [14] συνέταξε περὶ σφυγμῶν μεγάλην πραγματείαν ἐν [15] ἑκκαίδεκα βίβλοις, ἐν [6] αἷς μία μὲν τετράβιβλος περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν διδάσκει, [17] ὁμοίως δὲ καὶ ἑτέρα τετράβιβλος περὶ διαγνώσεως αὐτῶν, καὶ ἄλλη ὁμοίως τὰς αἰτίας ἑνὸς ἑκάστου σφυγμοῦ, ὥσπερ γε καὶ ἡ ἐσχάτη τετράβιβλος περὶ [18] προγνώσεως, οἷόν τι δηλοῖ [19] ἕκαστος τῶν σφυγμῶν. — [20] Συνέγραψε [21] δὲ καὶ ἄλλο μικρὸν [22] σφυγμικάριον πρὸς [23] Τεύθραν τὸν ἰατρὸν, [24] ὅσον δυνατόν ἐστι μανθάνειν τοὺς εἰσαγομένους τῶν νέων, ἀτελὲς δὲ κατὰ τὴν [25] ἀκριβῆ διδα-

---

17) ἡ ἑτέρα δὲ ὁμ. τετρ. E. 18) διαγνώσεως αὐτῶν καὶ ἄλλη ὁμοίως οἷον E., sed haec prius omissa et in margine adscripta inde in alienam sedem migrarunt. 19) ἕκαςον omnes. 20) συνεγράψατο omn. 21) δέ om. in A, καί deëst in B. C. ἄλλο μικ. om. in B. 22) σφυγμημάριον B. C σφυγμ. — ἰατρόν om. E. 23) εὐκρίνειαν τῶν ἰ. B. C. 24) ὅσω A. B. C. ὅσων D. τὰ ὅσον E. unde ὅσον dedi. 25) ἀκριβῆ τῶν νέων διδασκαλίαν B. C.

plinam. Itaque propter ambitum magni operis et defectum parvi, tum etiam propter huius aetatis medicorum incuriam, visum est quae in parvo opusculo deficiunt, illi adiicere, et e magno seligere quae medico scitu sunt necessaria, et plenum de pulsibus opus scribere. Etenim prima et tertia tetrabiblos Galeni philosophis magis est accommodata disciplina: secunda vero et quarta magis medicis.

Quapropter quum de pulsibus docere cupiamus, primum illorum differentias exponamus; quo facto dein genera et species illorum indicemus et quid horum unumquodque denotet.

Quum autem pulsus in arteriarum motu observetur, arteria vero corpus sit cavum et longum et rotundum, atque omne corpus triplici modo sit extensum, continens longitudinem, altitudinem et latitudinem, quumque arteria continuo moveatur e partibus oppositis invicem, (nam vel undique collabitur vel in omnes partes expanditur) fieri nequit, quin duo momenta quietis illi contingant: alterum post expansionem ante contractionem, alterum post contractionem ante expansionem. Duoque ista momenta tactus exercitorum quodammodo distinguit, non secus ac ratio ea adesse demonstrat: nimirum antequam prior motus finitus

---

1) διά A. B. C. D. εἴτε E. hinc dedi διά τε. 2) Sic E. Cet. λείποντα. 3) προσθήσειν E. προσθήσει A. Cet. προσθῆσαι: recepi quod graecum est. 4) ὅσα δέ E. ὅσω δέον cet. 5) ἰατρῷ A. E. 6) πραγματίαν A. 7) τετρ. περὶ σφυγμῶν E. 8) καὶ τετρ. — περί om. in D. μαλλον om. in B. 9) ταύταις E. 10) Forte γε. 11) ἕκαϛον αὐτῶν A. D. E. αὐτῶν om. in B. 12) Sic E. Cet.

σκαλίαν· [1] διά τε οὖν τὸ ἄπειρον τῆς μεγάλης πραγματείας καὶ τὸ κολοβὸν τῆς μικρᾶς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν νῦν ἰατρῶν προετράπημεν τὰ μὲν [2] ἐλλείποντα τῆς μικρᾶς [3] προσθεῖναι, τῆς δὲ μεγάλης ἐκλογὴν ποιήσασθαι, [4] ὅσα δέον ἐστὶν [5] ἰατρὸν μανθάνειν, καὶ ἀνελλιπῆ [6] πραγματείαν ποιήσασθαι περὶ σφυγμῶν· καὶ γὰρ ἡ πρώτη καὶ τρίτη [7] τετράβιβλος Γαληνοῦ φιλοσόφοις μᾶλλον ἁρμόδιος μάθησις· ἡ δὲ δευτέρα [8] καὶ τετάρτη μᾶλλον ἰατροῖς.

[9] Ταῦτ' ἄρα μέλλοντες [10] καὶ ἡμεῖς περὶ σφυγμῶν διδάσκειν εἴπωμεν πρῶτον τὰς διαφορὰς αὐτῶν· εἶθ' οὕτω τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη αὐτῶν καὶ τί σημαίνει [11] τούτων ἕκαστον.

Ἐπειδὴ δὲ ὁ σφυγμὸς ἐν τῇ κινήσει τῶν ἀρτηριῶν θεωρεῖται, ἡ δὲ ἀρτηρία σῶμά ἐστι κοῖλον και [12] μακρὸν καὶ περιφερές, πᾶν δὲ σῶμα τριχῇ [13] διάςατόν ἐςιν, ἔχον ἐν ἑαυτῷ μῆκος, βάθος καὶ πλάτος, κινεῖται [14] δὲ διὰ παντὸς ἡ ἀρτηρία ἐξ ἐναντίων μορίων, (ἢ γὰρ εἰς ἑαυτὴν συνιζάνει πανταχόθεν ἢ διαςέλλεται πανταχόσε) ἀνάγκη συμπίπτειν [15] αὐτῷ καὶ δισσὰς ἠρεμίας· [16] ἑτέραν μὲν ἐπὶ τῷ διαςαλῆναι πρὸ τοῦ συςέλλεσθαι, ἑτέραν δὲ ἐπὶ τῷ συςαλῆναι πρὸ τοῦ διαςέλλεσθαι. καὶ ταύτας τὰς δύο ἡσυχίας [17] ἥ γε τῶν γεγυμνασμένων ἁφὴ γνωρίζει κατά τι, καὶ ὁ λόγος οὐδὲν ἧττον ἀποδείκνυσι· πρὶν [18] γὰρ καταπαῦσαι τὴν προτέραν κίνησιν οὐκ ἂν [19] ἀπάρ-

---

μικρόν. 13) διαιρεῖται E. 14) δέ om. in A. 15) αὐτήν B. C. Cet. αὐτῇ. 16) In B. C. D. est ἑτέρων (D. ἑτέραν) μὲν πρὸ τοῦ διαςαλῆναι ἐπὶ τῷ (D. τοῦ) διαςέλλεσθαι. In E. om. ἑτέραν δὲ — διαςέλλεσθαι. 17) ἥ τε A. 18) γάρ om. in D. 19) Sic B. Locus corruptus est; in A. D. ἀπάρξ. τῇ δευτ. in C. ἀ. τῆς δευτ. in E. ὑπάρξεται ἡ δ. Legi possit: οὐκ ἂν ἄρξαιτο ἡ δευτέρα.

sit alter incipere non potest: at vero in ipsa illa fine consistere debet et quietus esse, ita ut momentum quietis oriatur inter utrumque motum: aliud enim tempus motuum est, aliud quietum. Discas autem exemplo quae docuimus, hoc modo: sint cursores duo, alter altero celerior: habeatque curriculum metas duas primam et secundam, ad quas quiescant cursores: ultro patet celerius currentem prius curriculum esse confecturum a prima meta ad alteram, ac siquidem aeque diu ad alteram metam quiescant, necesse est ut, qui citius currat, alterum quoque curriculum ad primam metam prius conficiat: sin autem diutius quiescat ad primam metam qui citius currit, fieri potest ut uterque ad primam metam eodem tempore perveniat, fieri potest etiam ut non eodem tempore, sed vel tardius vel prius.

Quum igitur duo sint motus, diastole et systole, et duo quietis momenta, extus et intus, in motu quidem utroque celer cernitur pulsus, quique illi oppositus est tardus: in quiete vero utraque frequens et rarus. Definiuntur autem hoc modo: celer pulsus est, qui fit brevi tempore mota arteria, tardus vero qui multo: at frequens pulsus est, qui brevi tempore quie-

---

1) τὸ καταπαῦσαι. 2) ϛῆναι E. 3) Sic correxi. ἡσυχίαν γίνεται A. ἡσυχία γίνεται cet. 4) Sic E. Cet. ἄρα. 5) μάθης δέ B. D. E. μάθοις δέ cet. 6) ἐπὶ τούτοις B. C. Post οὕτως A. habet inscriptionem ὁ. α' καμπτήρ· ὁ β' καμπτήρ. ἀνύσει τὸ διάϛημα πρῶτος ὁ τάχιον τρέχων C. habet in marg. παράδειγμα. 7) εἶς — ἐν οἷς. Haec solus E. suppeditavit. B. C. D. habent tantum ἐν οἷς 8) Sic correxi. A. πρώτερον. Cet. πρῶτος. 9) καμπτοῦ

v. 1. ζῆσαι προσβιῶναι praefert Reiske cf. varr. lectt.

ξασθαι τὴν δευτέραν· ἀλλὰ μὴν [1] κατὰ τὸ παῦσαι [2] συϛῆναί τε καὶ ἡσυχάσαι ἐϛὶν, ὥστε [3] ἡσυχίαν γίνεσθαι μεταξὺ τῶν δύο κινήσεων· ἕτερος [4] γὰρ χρόνος τῶν κινήσεών ἐϛι καὶ ἕτερος τῶν ἡσυχιῶν. [5] μάθοις δ' ἂν τὸ λεγόμενον [6] ἐπὶ παραδείγματι, οὕτως· ἔστωσαν οἱ τρέχοντες δύο, [7] εἷς τοῦ ἄλλου τάχιον· ἐχέτω δὲ τὸ διάϛημα καμπτῆρας δύο, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον, ἐν οἷς ἠρεμοῦσιν οἱ τρέχοντες· δῆλον ὅτι ὁ τάχιον τρέχων ἀνύσει τὸ διάϛημα [8] πρότερον ἀπὸ τοῦ πρώτου [9] καμπτῆρος μέχρι τοῦ δευτέρου· καὶ εἰ μὲν ἐν τῷ δευτέρῳ [10] καμπτῆρι ἴσον χρόνον ἠρεμήσουσιν [11] ἀμφότεροι, ἀνάγκη τὸν τάχιον τρέχοντα διανύσαι καὶ τὸ δεύτερον διάϛημα πρότερον ἕως τοῦ πρώτου καμπτῆρος· εἰ δὲ πλείονα χρόνον ἠρεμήσει ἐν τῷ δευτέρῳ καμπτῆρι ὁ τάχιον τρέχων, ἀνάγκη φθάσαι ἀμφοτέρους πρὸς τὸν πρῶτον καμπτῆρα ἢ ἀνίσως ἢ ἴσως.

Ἐπεὶ οὖν κινήσεις εἰσὶ δύο, διαϛολή τε καὶ συϛολή, καὶ δύο ἠρεμίαι, ἡ μὲν ἔξω, ἡ δὲ ἐντὸς, ἐν μὲν ταῖς κινήσεσιν ἀμφοτέραις θεωρεῖται ὁ ταχὺς σφυγμὸς καὶ ὁ ἐναντίος [12] αὐτῷ ὁ βραδὺς, ἐν δὲ ταῖς ἠρεμίαις ὁ πυκνὸς καὶ [13] ὁ ἀραιός. ἔστι [14] δὲ ὁ ὁρισμὸς [15] αὐτῶν τοιοῦτος· ταχὺς σφυγμός ἐϛιν ὁ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κινουμένης τῆς ἀρτηρίας [16] γινόμενος, βραδὺς [17] δὲ ὁ ἐν πολλῷ· πυκνός

---

omnes. 10) καμπῷ D. Cet. καμπτῷ. 11) οἱ ἀμφότεροι E. om. in B. 12) αὐτῶν A. αὐτοῖς D. αὐτοῦ E. 13) Articulum recepi ex E. 14) δὲ καί B. C. D. E. 15) αὐτοῦ B. Idem post τοιοῦτος habet inscriptionem περὶ τάχεος βραδέος πυκνοῦ καὶ ἀραιοῦ. 16) In E. post γινόμενος adduntur: ἄλλο· ὁ σύντομον ἔχων τῇ διαϛολῇ (volebat τὴν διαϛολὴν) καὶ τὴν συϛολήν. 17) δέ om. in B. D.

scente arteria fit: rarus vero qui longo.

Quodsi ergo arteriam tangimus apicibus quatuor digitorum, si quidem pulsus quatuor digitos aequabiliter et multis ictibus feriat continuis, longus eiusmodi pulsus dicitur: sin unum tantum digitum vel etiam alterum dimidium, vel totum alterum, brevis vocatur: sin autem duos et tertii dimidium vel totum tertium, qui ita habet medius est. Hi tres longus et brevis et medius secundum unam arteriae demensionem i. e. secundum longitudinem considerantur. Secundum latitudinem vero considerantur hi tres: latus quique illi opponitur angustus et qui inter utrumque interest, medius. Quando enim per maius spatium ab interna superficie ad apices digitorum extenditur latus appellatur, sin per exiguum, angustus: quodsi maior quidem hoc, at minor lato, is medius est. Simili ratione etiam secundum altitudinem tres hi considerantur: si quidem apices digitorum tangat ita ut alte penetret ad ungues, altus vocatur: sin super-

---

1) *δέ* et *ἔςιν* om. in B. *δὲ σφυγμός ἐςιν* desunt in C. *ὁ π. δὲ σφ. ὁ.* habet E. 2) *ὁ δὲ ἀραιός* B. C D. 3) *πολλῶν* E. 4) *καὶ τά* B. C. 5) *δύο* B. D. *β'* C. Vitium ortum ex vet. Lect. *δ'*. 6) *ἶσος* B. C. D. E. 7) *πολλοὺς π.* B. *τάς* om. in C. *τὰς ὅλας π.* E. 8) Sic B. C. *καὶ τόν* D. *ἢ τόν* A. E. *ἢ καὶ — ἥμισυ* om. in E. 9) Locum de coniectura restitui. *καὶ τούς* B. C. D. In A. est *εἰ δὲ τοὺς δύο ἥμισυ ἢ καὶ τό τρίτον* in B. C D. *τὸν τρίτον* in E. *τοῦ τρίτου*, in quo veteris Lect. vestigium. 10) *οὕτως* B. C. D. 11) Pro *κατὰ — ὅ, τε πλατὺς* E. *ὡσαύτως ὁ πλατύς.* Articulum *τό* recepi ex B. C. D.

+ [illegible] τοὺς δύο ἥμισυ, ἢ καὶ τὸν
τρίτον. [illegible] c'est [illegible]
τοὺς δύο ἥμισυ [illegible] τοὺς δύο καὶ τοῦ
τρίτου τὸ ἥμισυ.

[1] δὲ σφυγμός ἐστιν ὁ δι' ὀλίγου χρόνου ἠρεμούσης τῆς ἀρτηρίας γινόμενος· [2] ἀραιὸς δὲ ὁ διὰ [3] πολλοῦ.

Ἁπτόμενοι τοίνυν τῆς ἀρτηρίας [4] κατὰ τὰ ἄκρα τῶν τεσσάρων δακτύλων, εἰ μὲν ὁ σφυγμὸς πλήττει τοὺς [5] τέσσαρας δακτύλους [6] ἴσως τε καὶ κατὰ [7] πολλὰς τὰς περιόδους, μακρὸς ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ὀνομάζεται· εἰ δὲ τὸν ἕνα μόνον δάκτυλον ἢ καὶ τοῦ δευτέρου τὸ ἥμισυ, [8] ἢ καὶ τὸν ὅλον δεύτερον, βραχὺς καλεῖται· εἰ δὲ [9] τοὺς δύο καὶ τοῦ τρίτου τὸ ἥμισυ, ἢ καὶ τὸν τρίτον, ὁ τοιοῦτός ἐστι σύμμετρος. [10] οὗτοι οἱ τρεῖς, ὅ τε μακρὸς καὶ ὁ βραχὺς καὶ ὁ σύμμετρος κατὰ μίαν διάστασιν τῆς ἀρτηρίας, ἤγουν [11] κατὰ τὸ μῆκος θεωροῦνται [12] κατὰ δὲ τὸ πλάτος θεωροῦνται τρεῖς οὗτοι ὅ τε πλατὺς καὶ ὁ ἐναντίος [13] αὐτῷ [14] ὁ στενός· καὶ ὁ [15] μέσος ἀμφοτέρων, [16] ὁ σύμμετρος· ὅταν γὰρ ἐπὶ πολὺν τόπον τῶν δακτύλων ἀπὸ τῆς [17] ἐνδόθεν ἐπιφανείας πρὸς τὰ πέρατα αὐτῶν ὁ σφυγμὸς [18] ἐπεκτείνηται, πλατὺς καλεῖται· εἰ δ' ἐπ' ὀλίγον, στενός· εἰ δὲ μείζων [19] μὲν τοῦδε, ἐλάττων δὲ τοῦ πλατέος, [20] ὁ τοιοῦτος σύμμετρος. [21] οὕτω δὲ καὶ κατὰ βάθος τρεῖς οὗτοι θεωροῦνται· εἰ μὲν [22] ψαύει τὰ [23] ἀκροσφαίρια τῶν δακτύλων πρὸς τοὺς ὄνυχας [24] βαθυ-

12) Pro κατὰ — οὗτοι B. C. D. ὡσαύτως δέ. 13) Sic B. Cet. αὐτοῦ. 14) Artic. dat E. 15) Pro μέσος in E. additur: τίς ὁ μέσος σφυγμός; ὁ ἀναλογίαν τινὰ σώζων πρὸς ἑκατέρων (immo ἑκάτερον) τούτων. 16) ὁ om. in B. C. 17) ἔνδον E. 18) Sic E. Soloece cet. ἐπεκτείνεται. 19) τούτου, om. μέν E. 20) ὁ τοιοῦτος om. in B. C. D. E. 21) οὕτω — θεωροῦνται om. in E. τρεῖς οὗτ. θ. om. in B. C. D. 22) ψαύοι E. Cet. ψαύσει. 23) ἄκρα σφαιρία E. 24) In D. est βαθυνομένου, quod nolui recipere. Iungenda existimo βαθυνόμενος τὰ ἀκροσφαίρια.

ficiem solummodo tangat, humilis: sin autem parumper penetret, medius.

Hae quidem novem sunt pulsuum diversitates, tres secundum singulas demensiones: secundum longitudinem: longus, medius, brevis; secundum latitudinem: latus, medius, angustus; secundum altitudinem: altus, medius, humilis. Connectuntur autem invicem novem diversitates et fiunt numero viginti septem; quas e tabella cognosces; sit enim unus longus simul et latus et altus et notetur omnium primus: alter vero longus et latus et medius altitudine et notetur secundus: alius autem longus et latus et humilis et notetur tertius. Post hos vero ceteri eadem methodo primis quidem duabus demensionibus iisdem manentibus, postrema vero trifariam immutata v. c. hoc modo: quartus longus longitudine et medius latitudine et altus altitudine: qui vero sequuntur rursum tres, prima demensione longitudinem servante, altera angustiam, tertia vero ter mutata. Hi quidem novem una illa demensione, secundum longitudinem, longa manente, duabus vero reliquis omni modo mutatis. Alii dein

1) Sic E. Cet. ἐπιπόλαιον. mox ψαύει dedi pro ψαύσει. Quae seqq. εἰ δὲ καὶ — σύμμετρος om. in E. 2) Articulum habet E. 3) μέν om. B. C. D. 4) κατὰ — ταπεινός om. E. 5) Hic B. habet inscriptionem: Περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους συμπλοκῆς σφυγμῶν. In E. est: συμπλεκόμεναι — γίνεται τὸν ἀρ. in D. πρὸς ἀλλήλαις. 6) κ' B. C. 7) αὐτάς om. E. 8) καὶ — βάθος om. in B. καὶ ταπεινὸς κατὰ βάθος καὶ γεγράφθω τρίτος C. D. 9) Verba καὶ γεγράφθω δεύτερος habet solus E. sed vitiose ἐγγράφθω. Ceterum cum toto hoc l. conferendus

νόμενος, ὑψηλὸς ὀνομάζεται· εἰ δ' [1] ἐπιπολαίως ψαύει μόνον, ταπεινός· εἰ δὲ καὶ ὀλίγον τι ἐπερείδει, σύμμετρος.

Αὗται μὲν [2] αἱ ἐννέα διαφοραὶ σφυγμῶν εἰσι· κατὰ μίαν διάςασιν τρεῖς· κατὰ [3] μὲν τὸ μῆκος· μακρὸς, σύμμετρος, βραχύς· κατὰ δὲ τὸ πλάτος· πλατὺς, σύμμετρος, ςενός· [4] κατὰ δὲ τὸ βάθος· ὑψηλὸς, σύμμετρος, ταπεινός· [5] συμπλέκονται δὲ πρὸς ἀλλήλας αἱ ἐννέα διαφοραὶ καὶ γίνονται ἀριθμῷ [6] εἴκοσι καὶ ἑπτά· γνώσῃ δὲ [7] αὐτὰς ἐπὶ διαγράμματος· εἷς μὲν γὰρ μακρὸς ἅμα καὶ πλατὺς, καὶ ὑψηλὸς ἔστω καὶ γεγράφθω πρῶτος ἁπάντων· ἕτερος δὲ μακρὸς, καὶ πλατὺς, [8] καὶ σύμμετρος κατὰ βάθος, [9] καὶ γεγράφθω δεύτερος· ἄλλος δὲ μακρὸς, καὶ πλατὺς, καὶ ταπεινὸς, καὶ γεγράφθω τρίτος. ἑξῆς [10] δὲ τούτων οἱ [11] λοιποὶ πάντες [12] ὁμοίᾳ μεθόδῳ, τῶν δύο μὲν τῶν πρώτων διαστάσεων [13] τῶν αὐτῶν μενουσῶν, τριχῇ δὲ τῆς ἐσχάτης [14] ὑπαλλαττομένης. οἷον [15] οὕτως· ὁ μὲν τέταρτος [16] μακρὸς τῷ μήκει καὶ σύμμετρος τῷ πλάτει καὶ [17] ὑψηλὸς τῷ βάθει. οἱ δὲ ἄλλοι πάλιν τρεῖς ἐφεξῆς τῆς μὲν πρώτης διαςάσεως τὸ μακρὸν [18] φυλαττούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ ςενὸν, τῆς [19] δὲ τρίτης ὑπαλλαττομένης [20] τρίς. [21] οὗτοι μὲν [22] ἐννέα τῆς μίας συςάσεως τῆς κατὰ τὸ μῆκος [23] μακρᾶς μενούσης, τῶν δ' ἄλλων δυοῖν παντοίως ὑπαλλαττομένων· ἕτεροι δὲ

Galenus, *de Puls. Diff.* I. c. 4. unde haec ad verbum mutuatus est Theophilus. 10) δέ om. in E. 11) πολλοὶ πάντων E.. 12) ὁμοίως τῇ μ. B. C. 13) Pro τῶν καί E. 14) ἀναλαμβανομένης B. C. ἀπαλλαττ. D. 15) ὅτι A. 16) βραχύς E. 17) ταπεινός B. C. D. E. 18) φυλαττομένης E. 19) δέ om. A. 20) Codd. omnes τρεῖς, Galenus τριχῶς. Dedi de coni. quod proxime ad Codd. lectionem accederet. 21) οὕτω E. 22) οἱ θ' B. C. 23) τῆς μ. μ. A.

novem demensione secundum longitudinem media manente, reliquis mutatis. Atque iterum alii novem demensione secundum longitudinem brevi manente, ceteris commutatis. Eas autem in tabella notabimus, ut rite haec intelligantur.

	Demensio secundum longitudinem.	*Demensio secundum latitudinem.*	*Demensio secundum altitudinem.*
1.	longus.	latus.	altus. magnus.
2.	longus.	latus.	medius.
3.	longus.	latus.	humilis.
4.	longus.	medius.	altus.
5.	longus.	medius.	medius.
6.	longus.	medius.	humilis.
7.	longus.	angustus.	altus.
8.	longus.	angustus.	medius.
9.	longus.	angustus.	humilis.
10.	medius.	latus.	altus.
11.	medius.	latus.	medius.
12.	medius.	latus.	humilis.
13.	medius.	medius.	altus.
14.	medius.	medius.	medius. medius.
15.	medius.	medius.	humilis.
16.	medius.	angustus.	altus.
17.	medius.	angustus.	medius.
18.	medius.	angustus.	humilis.

1) Sic E. βραχείας B. C. D. om. in A. 2) τῶν λοιπῶν — μενούσης solus E. habet. 3) γράψωμεν A. 4) Pro his Inscriptionibus B. διάγραμμα καθόλου τῶν σφυγμῶν.

ἐφεξῆς ἐννέα, τῆς μὲν κατὰ τὸ μῆκος διαστάσεως [1] συμμέτρου μενούσης, [2] τῶν λοιπῶν δὲ ὑπαλλαττομένων. καὶ αὖθις ἕτεροι ἐννέα τῆς μὲν κατὰ τὸ μῆκος διαστάσεως βραχείας μενούσης, τῶν δ' ἄλλων ὑπαλλαττομένων· [3] γράψομεν δὲ καὶ αὐτὰς ἐπὶ διαγράμματος, ἵνα σαφὴς ὁ λόγος γένηται.

	[4] διάστασις ἡ κατὰ μῆκος.	διάστασις ἡ κατὰ πλάτος.	διάστασις. ἡ κατὰ βάθος.
α'.	μακρός.	πλατύς.	ὑψηλός. [5] μέγας.
β'.	μακρός.	πλατύς.	σύμμετρος.
γ'.	μακρός.	πλατύς.	ταπεινός.
δ'.	μακρός.	σύμμετρος.	ὑψηλός.
ε'.	μακρός.	σύμμετρος.	σύμμετρος.
ς'.	μακρός.	σύμμετρος.	ταπεινός.
ζ'.	μακρός.	στενός.	ὑψηλός.
η'.	μακρός.	στενός.	σύμμετρος.
θ'.	μακρός.	στενός.	ταπεινός.
ι'.	σύμμετρος.	πλατύς.	ὑψηλός.
ια'.	σύμμετρος.	πλατύς.	σύμμετρος.
ιβ'.	σύμμετρος.	πλατύς.	ταπεινός.
ιγ'.	σύμμετρος.	σύμμετρος.	ὑψηλός.
ιδ'.	σύμμετρος.	σύμμετρος.	[6] σύμμετρος. μέσος.
ιε'.	σύμμετρος.	σύμμετρος.	ταπεινός.
ις'.	[7] σύμμετρος.	στενός.	ὑψηλός.
ιζ'.	σύμμετρος.	στενός.	σύμμετρος.
ιη'.	σύμμετρος.	στενός.	ταπεινός.

5) om. A. 6) *σύμμετρος* h. l. deëst in Codd. omnibus, qui *μέσος* tantum exhibent: addidi e GAL. 7) vs. 18. 19. 20. om. B. vs. 18—23. om. C. D.

	Demensio secundum longitudinem.	*Demensio secundum latitudinem.*	*Demensio secundum altitudinem.*
19	brevis.	latus.	altus.
20.	brevis.	latus.	medius.
21.	brevis.	latus.	humilis.
22.	brevis.	medius.	altus.
23.	brevis.	medius.	medius.
24.	brevis.	medius.	humilis.
25.	brevis.	angustus.	altus.
26.	brevis.	angustus.	medius.
27.	brevis.	angustus.	humilis. parvus.

Ex his differentiis pulsuum viginti et septem, quae secundum quantitatem in tribus demensionibus existunt, duo tantum nomina habent omnium consensu sibi imposita, primus inter illos notatus et ultimus: — alter enim magnus, alter parvus vocatur. Ceterorum vero cohors integra non habet: qui enim graciles et crassi dicuntur, non unum eorum, qui in tabella notantur, indicant, sed plures genere conjuncti ita vocantur: nam in quibus demensio secundum longitudinem quodammodo duabus ceteris

1) vs. 27. om. B. C. D. 2) Solus Cod. D. addit. Ceterum pro conspectu, quem exhibent cet. MSS. Codex E. seqq. habet: *Θεοφίλου ἐκ τοῦ προγνωϛικοῦ Γαληνοῦ περὶ σφυγμῶν. Μακρός. πλατύς. ὑψηλός. μέγας. σύμμετρος. ταπεινός. ϛενός. ἰσχνός. μέσος. βραχύς. μικρός. μέγας. σφοδρός. ταχύς. πυκνός. σκληρός. πλήρης. ὁμαλὸς κατά μίαν πληγήν. ὁμαλὸς κατὰ περιόδους. τεταμμένος. εὔρυθμος. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ἐναντίοι αὐτῶν, μικρός. ἀμυδρός. βραδύς. ἀραιός. μαλακός. κενός· ἀνώμαλος κατὰ μίαν*

διάςασις ἡ κατὰ μῆκος.	διάςασις ἡ κατὰ πλάτος.	διάςασις ἡ κατὰ βάθος.
ιθ'. βραχύς.	πλατύς.	ὑψηλός.
κ'. βραχύς.	πλατύς.	σύμμετρος.
κα'. βραχύς.	πλατύς.	ταπεινός.
κβ'. βραχύς.	σύμμετρος.	ὑψηλός.
κγ'. βραχύς.	σύμμετρος.	σύμμετρος.
κδ'. βραχύς.	σύμμετρος.	ταπεινός.
κε'. [1] βραχύς.	ςενός.	ὑψηλός.
κς'. βραχύς.	ςενός.	σύμμετρος.
κζ'. βραχύς.	ςενός.	ταπεινός. [2] μικρός.

Ὄντων δὴ τούτων εἴκοσι καὶ ἑπτὰ [3] διαφόρων σφυγμῶν, τῶν κατὰ τὸ ποσὸν ἐν τρισὶ διαςάσεσι [4] συνιςαμένων, δύο μὲν ἐξ αὐτῶν ἔχουσιν ὀνόματα πρὸς ἁπάντων ὁμολογούμενα· ὅ τε πρῶτος ἐν αὐτοῖς γεγραμμένος καὶ ὁ ἔσχατος· ὁ μὲν γὰρ μέγας, ὁ δὲ μικρὸς καλεῖται· τὸ δὲ ἄλλο πᾶν πλῆθος [5] οὐκ ἔχει· οἵ τε γὰρ ἰσχνοὶ καὶ ἁδροὶ λεγόμενοι οὐχ ἕνα τινὰ [6] τῶν ἐκ τοῦ διαγράμματος δηλοῦσιν, ἀλλὰ [7] κατὰ πολλῶν [8] κατηγοροῦνται γενικῶς· ἐφ᾽ ὧν γὰρ [9] ἂν ἡ κατὰ [10] τὸ μῆκος διάςασις [11] πλεονεκτῇ

πληγήν· ἀνώμαλος κατὰ περιόδους. ἄτακτος, ἄρυθμος. ἔστι δὲ μέσος μεγάλου καὶ μικροῦ ὁ σύμμετρος, ὅςις ἐπὶ φύσιν λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. — Nimirum locus cum eo, qui paulo inferius legitur, confusus est. 3) διαφοραί B. 4) συνιςάμεναι B., συνιςάμενον E. 5) οὐκ ἔχει. ἰσχνοὶ καὶ ἁδροὶ οὔτε γὰρ ἁδροὶ καὶ ἰσχνοί B. D. sed hic ἀνδροί. C. in nostra lect. οὔτε habet pro οἵτε, et E. οὔτε γὰρ οἱ ἰ. — omisso seq. οὐχ. 6) B. C. τόν. 7) καὶ κατά B. 8) ἰσχνὸς σφυγμὸς ἅμα κατηγ. E. 9) ἂν om. in C. D. E. 10) Art. dat E. 11) Sic E. Cet. -εῖ.

praevalet, illos omnes graciles appellant: et in quibus duae reliquae secundum latitudinem et altitudinem prae ea quae secundum longitudinem est praevalent, eos omnes crassos vocant. — Qui vero secundum demensiones tres medius est, is solus secundum naturam est inter viginti septem illos, qui proprium quidem sibi nomen non habeat, sed cogitatione hunc quoque distinguimus: sive intermedium inter magnum et parvum dicentes, sive secundum naturam in diastoles et systoles quanto.

Sed de his pulsuum differentiis quae dicta sunt sufficiunt: itaque jam tempus est de generibus pulsuum dicendi, quot sint numero et quid eorum unumquodque indicet et eorum definitiones quales sint, et quibus in rebus eorum differentiae observentur.

Itaque genera pulsuum sunt decem: magnus, fortis, celer, frequens, durus, plenus, aequalis secundum unum ictum, aequalis secundum periodos, ordinatus, eurythmus: sunt etiam his contrarii: parvus, debilis, lentus, rarus, mollis, vacuus, inaequalis secundum unum ictum, inaequalis secundum periodos, inordinatus, arythmus. Inter magnum autem et parvum interest medius, qui etiam naturalis dicitur: et

---

1) λοιπαί solus E. 2) τό om. in E. 3) -οῦσι E. Cet. recte. 4) Sic E, quod recepi ob seq. καὶ τοῦτον δηλοῦμεν. Cet. καλοῦσιν. 5) δέ om. in B. C. in C. post λόγῳ interpungitur, in E. τοῦτο. 6) τοῦ om. E., qui solus τε. B. solus τοῦ ante μικροῦ. 7) Art. abest ex C. E. 8) περί, quo carent Codd. de meo supplevi. 9) ποσαί τέ εἰσι solus E., unde recepi πόσα. 10) In A. est: ἕν ἕκ, καὶ τοὺς ὁρισμοὺς αὐτῶν ὁποῖοι τυγχάνουσι.

+ [illegible] continuam *sermone*, non *cogitatione*. -

++ *vehemens* non *fortis* latine dicendum.

+ *[illegible]* [illegible] censor, ut idem semper vocabulum adhibeatur.

τι τῶν λοιπῶν δυοῖν, τούτους ἅπαντας ἰσχνοὺς καλοῦσι. ἐφ᾽ ὧν δ᾽ ἂν αἱ [1] λοιπαὶ δύο κατὰ [2] τὸ πλάτος καὶ βάθος [3] πλεονεκτῶσι τῆς κατὰ τὸ μῆκος διαςάσεως, τούτους ἅπαντας [4] καλοῦμεν ἁδρούς. ὁ δὲ κατὰ τὰς τρεῖς διαςάσεις σύμμετρος μόνος ἐςὶ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἴδιον μὲν ὄνομα οὐκ ἔχων, λόγῳ [5] δὲ καὶ τοῦτον δηλοῦμεν· ἤτοι μέσον [6] τοῦ μεγάλου τε καὶ τοῦ μικροῦ λέγοντες, ἢ κατὰ φύσιν ἐν τῷ ποσῷ τῆς διαςολῆς τε καὶ [7] τῆς συςολῆς.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τῶν διαφορῶν τῶν σφυγμῶν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα· καιρὸς οὖν ἤδη [8] περὶ τῶν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς γενῶν εἰπεῖν, [9] πόσα τέ εἰσι καὶ τί σημαίνει [10] ἓν ἕκαςον αὐτῶν καὶ τοὺς ὁρισμοὺς αὐτῶν ὁποῖοι τυγχάνουσι, — καὶ ἐν τίσι θεωροῦνται αἱ διαφοραὶ αὐτῶν.

[11] Γένη μὲν οὖν σφυγμῶν εἰσι δέκα· μέγας, σφοδρός, ταχύς, πυκνός, σκληρός, πλήρης, ὁμαλὸς κατὰ μίαν πληγὴν, ὁμαλὸς κατὰ περιόδους, [12] τεταγμένος, εὔρυθμος· εἰσὶ δὲ [13] καὶ οἱ ἐναντίοι αὐτῶν μικρός, ἀμυδρός, βραδύς, ἀραιός, μαλακός, κενός, ἀνώμαλος [14] κατὰ μίαν πληγὴν, ἀνώμαλος κατὰ περιόδους, ἄτακτος [15] καὶ ἄῤῥυθμος. ἔςι δὲ μέσος μεγάλου [16] τε καὶ μικροῦ ὁ σύμμετρος, ὅςις κατὰ φύσιν λέγεται· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων

Nostra lectio est in cett., sed E., habet *τυγχάνωσι*. 11) A. habet Inscriptt. *Οἱ δέκα ὁρισμοὶ τῶν σφυγμῶν* et *Πόσα γένη σφυγμῶν*. In D et E. tantum posterior, in B. *Περὶ τοῦ γένους τῶν σφυγμῶν*. in E. nullae inscripp. In sqq. *μὲν οὖν* om. in B. C. et praeterea *εἰσί* in E. A. inverso ordine *εἰσὶ σφυγμῶν*. 12) *τεταμμένος* E. 13) *καί* om. in A. *οἱ* deëst in E. 14) *κατὰ — περιόδους* om. in E. 15) *καί* om. E. 16) *τε* solus E.

inter ceteros itidem medius interest: inter aequalem vero et inaequalem nullus est intermedius, neque inter ordinatum et inordinatum, neque eurythmum inter et arythmum.

Definitiones autem decem generum sunt istae:

Magnus pulsus est, qui fit arteria secundum longitudinem et latitudinem et altitudinem multum expansa.

Fortis pulsus est, qui fortiter tactum ferit.

Celer pulsus est, qui fit arteria pauco temporis intervallo expansa

Frequens pulsus est, qui fit brevi tempore quiescente arteria.

Durus pulsus est, qui corii ad instar rigidam arteriam ostendit.

Plenus pulsus est, qui dense refertam arteriam ut sentiamus efficit.

Aequalis pulsus secundum unum ictum est qui omni ex parte aequabiliter ferit quatuor digitos.

Aequalis pulsus secundum periodos est qui ad quasvis diastolas aequabiliter tactum ferit.

Ordinatus pulsus est, qui post tres ictus quartum inaequalem habet et rursum post tres aequales quartum inaequalem: idque per longum tempus.

---

1) *μέν* E. *ἄμμετρος* A. 2) *τε* E. 3) *τεταμμένου* E. 4) Sic E. *ἐ. δὲ καὶ οἱ ὁ. αὐτῶν δέκα οὗτοι* A. in his *τῶν δέκα* B. C. *τῶνδε καί* D. 5) In his Definitionibus ea est in MSS. varietas, ut primo soli D. E. *σφοδρόν* praeponant *τῷ ταχεῖ*, ceteri postponant: tum ut B. C. D. *σφοδρόν* omittant et post *σκληρόν* habeant *πυκνόν*. — omittant *ὁμαλὸν κατὰ περιόδους*. — In B. singulis definitionibus praefigitur Inscriptio, veluti *περὶ μεγάλου σφυγμοῦ* et sic deinceps. In Cod. E. Subinde quaestio-

ὡσαύτως [1] μέσος ὁ σύμμετρος· ὁμαλοῦ [2] δὲ καὶ ἀνωμάλου μέσος οὐκ ἔςιν, οὐδὲ [3] τεταγμένου καὶ ἀτάκτου, οὐδὲ εὐρύθμου καὶ ἀῤῥύθμου.

[4] Εἰσὶ δὲ οἱ ὁρισμοὶ τῶν δέκα γενῶν οὗτοι·

[5] Μέγας σφυγμός ἐςιν ὁ κατὰ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος τῆς ἀρτηρίας ἐπὶ πολὺ διϊσταμένης γινόμενος.

Σφοδρὸς σφυγμός ἐστιν, ὁ πλήττων εὐρώςως τὴν ἁφήν.

Ταχὺς σφυγμός ἐςιν ὁ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τῆς ἀρτηρίας διαστελλομένης γινόμενος.

Πυκνὸς σφυγμός ἐςιν ὁ δι' ὀλίγου χρόνου ἠρεμούσης τῆς ἀρτηρίας γινόμενος.

Σκληρὸς σφυγμός ἐςιν ὁ [6] βυρσωδέστερόν πως ἐμφαίνων τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας.

Πλήρης σφυγμός ἐςιν ὁ [7] ναςοτέραν ἐπιδεικνὺς τὴν ἀρτηρίαν.

Ὁμαλὸς κατὰ μίαν πληγὴν σφυγμός [8] ἐστιν ὁ ἴσως πλήττων τοὺς τέσσαρας δακτύλους κατὰ πάντα.

Ὁμαλὸς κατὰ περιόδους σφυγμός ἐςιν ὁ κατὰ πάσας τὰς διαςολὰς ἴσως πλήττων τὴν ἁφήν.

Τεταγμένος σφυγμός ἐςιν ὁ [9] τριῶν ὄντων τὸν τέταρτον ἔχων ἄνισον· καὶ πάλιν ὡσαύτως τριῶν ἴσων ὁ τέταρτος ἄνισος καὶ τοῦτο ἕως πολλοῦ.

---

Quae attenuant.

Allium, cepae, porrum, nasturtium, sinapi, piper, origanum, mentha, hyssopus, pulegium, thymum, thymbra virens administrata, eruca, opium, petroselinum, raphanus, crambe, beta, scolymus,, nasturtium, foeniculum, coriandrum, ruta, anethum, cyminum, capparis, anisi semen et dauci: hordeum: pisces saxatiles vel ex avibus quae in siccis degunt locis: parvulae aviculae quaeque in montibus degunt animalia: sturni, turdi, merulae, perdices, troglitae, quique in vitibus inveniuntur passeres: columbae in turribus degentes: e marinis torpedines et muli: eiusdem facultatis sunt buglossi, et muria condita, quae teneram carnem habent; e fructibus humore abundantes et succulenti, caricae cum nucibus, pistacia, ex amygdalis subamarae: intermedia fere sunt olivae, ex vinis alba et tenuia: serum lactis utile ad habitum et victus rationem tenuem, oxymel vero magis quam cetera.

---

1) In MS. κ. πρ. vocabula transponenda fuere propter plantarum enumeratarum indolem.

3) H. l. in eandem video incidisse me coniecturam cum Du Cangio qui ὄψαρος apud Rhazem in ὁ ψάρος forte mutandum dicit. Cf. Gloss. in voce ὀψάριον. Nunc tamen quum h. l. ὄψαροι ibique ὄψαρος legatur de nominis auctoritate dubitare vix licet: hic tamen ὀψάριον et ὄψαρος idem valere i. e. piscem s. pisciculum significa-

Κεφ. κδ'.

Ὅσα λεπτύνει.

Σκόροδα, κρόμμυα, [1] πράσα, κάρδαμα, σίνηπι, πέπερι, ὀρίγανον, ἡδύοσμος, ὕσσωπον, σφληκούνη, θύμον, θύμβρα χλωρὰ προσφερομένη, εὔζωμον, σέλινον, πετροσέλινον, ῥάφανον, κράμβη, σεῦτλον, σκόλυμον, κάρδαμον, μάραθρον, κορίανδρον, πήγανον, ἄνηθον, κύμινον, κάππαρις, ἄνισον, δαύκων σπέρμα· κριθή· οἱ πετραῖοι τῶν ἰχθύων, ἢ τῶν ὀρνίθων οἱ ἐν ξηροῖς διαιτώμενοι τόποις· τῶν ὀρνέων τὰ μικρὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι διαιτώμενα ζῶα· [2] ὄψαροι, κίχλαι, κόσσυφοι, πέρδικες, τρωγλῖται καὶ τὰ ἐν τοῖς ἀμπέλοις εὑρισκόμενα ςρουθία· αἱ περιςεραὶ αἱ διαιτώμεναι ἐν τοῖς πύργοις· ἐκ τῶν πελαγίων αἱ νάρκαι καὶ αἱ τρίγλαι· τῆς αὐτῆς ἐςι δυνάμεως τὰ βούγλωσσα, καὶ τὰ παςὰ, ὅσα εἰσὶ μαλακά· τῶν ὀπωρῶν αἱ ὑγρότεραι καὶ εὔχυλοι ἰσχάδες μετὰ καρύων, πιςάκια, τῶν ἀμυγδάλων τὰ ὑπόπικρα· μέσαι δέ πως εἰσιν αἱ ἐλαῖαι· τῶν οἴνων οἱ λευκοὶ καὶ λεπτοί· τὸ τυρόγαλα χρήσιμόν ἐςιν εἰς λεπτὴν οὐσίαν καὶ δίαιταν, τὸ δὲ ὀξύμελι μᾶλλον τῶν ἄλλων.

---

re credo, h. l. inter aves, uti omnibus patet, enumeratur: in Rhazis loco fere aptius quoque de avi quam de pisciculo intelligitur, ita ut mihi ὁ ὄψαρος omnino ὁ ψάρ Homeri esse videatur, *sturnus*, en Rhazis locum: *καρκίνος κεκαυμένος. ςρουθίον, νυκτερὶς, ὄψαρος, μυῶν ἀφόδευμα.* — Litera o h. l. eodem modo praefigitur atque in *ὀμίδιον*, *ὀμήδιον*, *ὀμύδιον* pro *μύδιον*.

Cap. XXV.

Quae calefaciunt.

Triticum coctum, panesque ex eo confecti seu αὐτόζυμος (qui sponte sua fermentescunt) foenograecum, palmulae dulces: mala dulcia, sesamum, cannabis, uvae dulces, apium, eruca, raphanus, rapum, sinapi, nasturtium, daucus, allium, vina dulcia, calidiora vero fulva vina et vetusta.

Cap. XXVI.

Quae refrigerant.

Hordeum quomodocumque coquitur: milium, tubera terrae, cucurbita elixa, pepo, melopepo, cucumeres, mora, uvae acidulae et uvae passae austerae.

---

1) Illud αὐτόζυμοι in Lexicis non invenio: alius spectatur quando ὁ αὐτόπυρος, quem vocat Gal. in comm. ad lib. Hipp. *de victus ratione in morbis acutis*, quemque Hipp. ξυγκομιςόν vocat: noster supra κυβαρόν i. e. ῥυπαρόν, cui opponitur καθαρός, cuius panis indoles nomine πιτυρίτης s. πιτυρίας optime indicatur. — Αὐ-



Κεφ. κε'.

Ὅσα θερμαίνει.

Σῖτος ἑψητὸς καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἄρτοι, [1] ἤτοι αὐτόζυμοι, τήλη, οἱ γλυκεῖς φοίνικες· μῆλα τὰ γλυκέα, σήσαμον, [2] καναβοῦρι, ςαφυλαὶ γλυκεῖαι, σέλινον, εὔζωμον, ῥάφανον, γόγγυλιν, σίνηπι, κάρδαμον, δαῦκος, σκόροδον, οἶνοι γλυκεῖς, θερμότεροι δὲ οἱ ξανθοὶ οἶνοι καὶ οἱ παλαιοί.

Κεφ. κς'.

Ὅσα ψύχει.

Κριθὴ κατὰ πάντων τρόπων τῆς ἑψήσεως· κέγχρος, ὕδνα, κολόκυνθα, ἐκζεςή, πέπων, μηλοπέπων, τετράγγουρα, συκάμινα, ὄξυναι ςαφυλαὶ καὶ αἱ ςύφουσαι ςαφίδων.

τόζυμον nomen, rei si adaptatum est, panem indicabit spontanea fermentatione sine ζύμη paratum.

2) Sym. Seth. p. 45. καννβουρόσπερμα: — interpretatur Bogdanus: *cannabis semen.* Locus ipse cf. Vocabulum apud Du Cangium desideratur.



HIPPOCRATIS EPISTOLA

AD

REGEM PTOLEMAEUM


DE HOMINIS FABRICA.

HIPPOCRATIS EPISTOLA

AD

PTOLEMAEUM REGEM

DE HOMINIS FABRICA.



Constat mundus ex elementis quatuor, videlicet igne, aëre, aqua, terra, id est ex calido et frigido, ac humido et sicco. Constat autem homo quoque ex iisdem quatuor elementis: scilicet ex sanguine et pituita, flava bile et atra. Ac sanguis quidem aëri similis est, pituita aquae, bilis flava igni, atra terrae. Gustu vero sanguis quidem dulcis est, pituita vero salsa, flava bilis amara, acet atra.

Fons autem sanguinis in corde est, in eodemque spiritus sedem habet: in dextra cordis parte sanguis, in

---

Litt. A. notavi varr. lectt. e. MS. Par. 2047. Litt. B. e MS. 2315. C. e 2894. et Litt. D. e MS. 165. Supplementi catalogi. Ceterum partem extremam contuli cum Epistola, quae eodem titulo edita est a Boissonadio V. Cl. in *Anecd. Graec.* T. III. p. 422—428. ubi simillima leguntur.

1) Ἐπ. Ἱππ. C. 2) στοιχίων B. τεσσ. ϛ. C. 3) Ἐκ π.

[1] ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΠΡΟΣ

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ

ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.



Συνέςηκεν ὁ κόσμος ἐκ [2] ςοιχείων τεσσάρων, οἷον [3] πυρὸς, ἀέρος, ὕδατος, γῆς· τουτέςιν ἐκ θερμοῦ [4] καὶ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ· συνέςηκε [5] δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐκ τῶν αὐτῶν τεσσάρων ςοιχείων· οἷον ἐξ αἵματος [6] καὶ φλέγματος, [7] καὶ ξανθῆς χολῆς καὶ μελαίνης. καὶ τὸ μὲν αἷμα ἔοικε τῷ ἀέρι, τὸ δὲ φλέγμα τῷ ὕδατι, ἡ δὲ ξανθὴ χολὴ τῷ πυρὶ, ἡ δὲ μέλαινα τῇ γῇ· ἔστι [8] δὲ τῇ μὲν γεύσει τὸ αἷμα γλυκὺ, τὸ δὲ φλέγμα ἁλμυρὸν, ἡ δὲ ξανθὴ χολὴ πικρὰ, ἡ δὲ μέλαινα [9] ὀξίζουσα.

Ἔστι [10] δὲ ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος εἰς [11] τὴν καρδίαν, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ πνεῦμα· [12] ἐκ δεξιῶν τῆς καρδίας [13] τὸ

ἐκ γ. ὑδ. καὶ ἀ. C. D. 4) καὶ ὑ. καὶ ψ. A. B. 5) δὲ ὁ ἀ. A. D. 6) ἐκ D. 7) καί solus dat Cod. B. 8) δέ om D. 9) ὀξύζουσα B. C. D. praeterea C. D. ξανθίζουσα adponunt. 10) δὲ ἡ πηγὴ A. δὲ ἡ πιων B. δὲ ἡ πίων (sic) C. μὲν ἡ πίων D. 11) art. om. B. 12) ἐκ δεξιῶν . . . . τὸ πνεῦμα om. C. 13) το αἷμα . . . σπλῆνα. καί. Pro his D. τὸ φλέγμα ἐξ εὐωνύμων τὸ πνεῦμα ἡ ξ. χ. εἰς τὸ ἥ. ἡ δὲ μ. εἰς τὴν σ. καί.

sinistra spiritus: flava bilis in iecinore, atra in liene, et pituita in cerebro. Et sanguis quidem calidus est et humidus, pituita vero frigida et humida, bilis flava calida et sicca, atra vero sicca et frigida. Arteriae e corde sanguinem accipiunt purum et spiritum: accipiunt etiam sanguinem e corde ipsae venae: huius enim ope in totum corpus mittitur, hepar vero in cor sanguinem mittit plurimum; neque enim ignis materia, qua alatur, carere potest.

Neque huic rei fidem non habeas, quae causa est cur alii homines omni tempore hilares sint, alii morosi: nam elementis causam esse tribuendam dicimus. Quicumque enim sanguinis puri sunt participes, ii in omni re rident et floridi sunt facie et corpore ab omni parte pulchri coloris. Sed qui e flava bile constant, ii segnes evadunt, animo abiecto, timidi, debiles. Pituitosi vero pigri fiunt, frigidi.

Memoria autem valere et facillime intelligere e bene temperato cerebro, (i. e. ex eiusmodi, quod intermedium sit, neque calidum, neque frigidum) profluit,

---

1) δὲ om. A. 2) τὴν B. D. τὸ C. 3) καὶ ἔστι τὸ ἁ. C. ἔστι δὲ A. B. 4) τὸ . . . . ὑγρόν. om. D. δὲ om. A. 5) ἡ δὲ ξ. B. C. D. 6) ἡ . . . ψυχρά. om. B. 7) ψυχρὰ καὶ ὑγρά. A. ψ. καὶ ξ. D. 8) αἵματος . . . λαμβάνουσι. om. B. 9) Pro καθαροῦ . . . χορηγεῖ C. legit: οὕτως λαμβάνουσι καὶ αἱ φλέβαι αἱ μειζο σ. . . . . ὅτι χορηγεῖ. Sic fere D. quoque, qui tamen καθαροῦ καὶ φλέγματος οὕτως λ. καὶ αἱ φλέβαι αἱ μείζους διότι. 10) MSS. φλέγματος. Emendavi, quum ipse paulo superius φλέγματος sedem caput habeat. 11) γὰρ om. B.

αἷμα, ἐξ εὐωνύμων τὸ πνεῦμα· ἡ ξανθὴ χολὴ εἰς τὸ ἧπαρ, ἡ [1] δὲ μέλαινα εἰς [2] τὸν σπλῆνα, καὶ τὸ φλέγμα εἰς τὸν ἐγκέφαλον. [3] καὶ ἔστι τὸ μὲν αἷμα θερμὸν καὶ ὑγρόν· [4] τὸ δὲ φλέγμα ψυχρὸν καὶ ὑγρόν· [5] ἡ ξανθὴ χολὴ θερμὴ καὶ ξηρά· [6] ἡ δὲ μέλαινα [7] ξηρὰ καὶ ψυχρά. αἱ δὲ ἀρτηρίαι ἐκ τῆς καρδίας λαμβάνουσιν [8] αἵματος [9] καθαροῦ καὶ [10] πνεύματος, αἱ δὲ φλέβες αἵματος λαμβάνουσι καὶ αὐταὶ ἐκ τῆς καρδίας· δι᾽ αὐτῆς [21] γὰρ χορηγεῖται τὸ πᾶν σῶμα, [12] ἀλλὰ χορηγεῖ τὸ ἧπαρ [13] τῇ καρδίᾳ αἵματος πλεῖςου· [14] οὐδὲ γὰρ δύναται τὸ πῦρ χωρὶς ὕλης μεῖναι.

Καὶ μὴ [15] ἀπιςήσῃς τοῦτο, ὅθεν οἱ μὲν τῶν ἀνθρώπων γελῶσι πάντῃ, οἱ δὲ ςυγνιῶσι· τῶν ςοιχείων δὲ [16] λέγομεν τὴν αἰτίαν εἶναι. ὅσοι [17] γὰρ αἵματος καθαροῦ τυγχάνουσιν, οὗτοι [18] πάντῃ γελῶσι καὶ ἀνθηροὶ τῇ ὄψει [19] καὶ τῷ σώματι εἰσὶ [20] πάντοθε καλόχροοι. οἱ δὲ ξανθῆς χολῆς ὄντες γίνονται ῥᾴθυμοι, ὀλιγόψυχοι, δειλοὶ, φιλάσθενοι, οἱ δὲ φλεγματικοὶ γίνονται ὀκνηροὶ, ψυχροί.

Τὸ δὲ μνημονεύειν καὶ [21] ῥᾷστα φρονεῖν ἐκ τοῦ [22] εὐκράτου ἐγκεφάλου, ([23] τουτέςι τοῦ μέσως ἔχοντος, μήτε θερμοῦ, μήτε ψυχροῦ,) ἡ δὲ λήθη ἐκ τοῦ ψυχροῦ ἐγκε-

---

12) διότι A. C. D. χορηγεῖται B. 13) τὴν κ. C. D. 14) In MSS. pone πλεῖςου haec verba sequuntur: καὶ μὴ ἀπιςήσῃς τοῦτο: transponenda esse vidi et post μεῖναι inferenda. — B. οὐδὲν τῷ πυρί. A. 15) ἀπίςει D. 16) λέγω μέν. B. 17) γὰρ om. A. B. 18) πάντων A. πάντα C. 19) καὶ τῷ σ. om. C. D. 20) ποτὲ δὲ A. B. πάντες καὶ D. πάντοτε C. quod in πάντοθε mutavi. καλλόχροοι D. 11) ῥαΐστα A. om. B. C. D. 22) εὔκριτον A. om. D. 23) ἐστὶ D. ἐστὶ τούτεστι C.

oblivio vero e frigido cerebro. Quapropter morbus, qui phrenitis audit, ex ardentibus febribus nascitur. Vapore enim e visceribus per dorsum ad cerebrum adscendente cerebri humor exsiccatur et phrenitis exoritur (i. e. homo mente deturbatur): tunc refrigerantibus oleis cerebrum madefacere oportet . . . . . Verum lethargus etiam morbus ipse est cerebri: quodsi enim cerebrum frigidis humoribus repleatur, affectio, quam lethargum vocant, hominem invadit et calidorum inunctionem cerebro adhibere convenit. Sed resolutio, quae fit oculi vel labri, vel totius dimidiae faciei partis a frigido et crudo humore fit e cerebro descendente. Tunc per nares remedium administrandum est, quod cerebrum purget et extrinsecus exhalationibus ignis expellere convenit, potius quam cauteriis pone aures. Quaecumque vero affectiones in capite locum obtinent e ventriculo principium ducunt, veluti abscessus, oculorum inflammationes, dentium dolores, tonsillarum inflammationes et uvae, raucedines, respiratio laboriosa, cet.

Habet autem caput suturas quinque, verum invenitur etiam caput totum continuum suturae expers, quale quidem sanum est. Capillos autem crispos ha-

---

1) *ἀναπαυομένης* A. 2) *παράφρον* B. *παραφρονῶν* A. 3) *ψυκτοῖς* C. omisso *ἐλαίοις*. 4) Haec non intelligo. Cogitavi de loco emendando ad hunc modum: *καὶ διὰ ῥινῶν δι᾽ ἀτμῶν καταψύχειν*: nec tamen placet. — Forte ad morbum sequentem *τὸν λήθαργον* referenda sunt ista et pone *ἐγκεφάλῳ* scribendum *καὶ διὰ ῥινῶν καὶ δι᾽ ἐνεμάτων ἀποφλεγματίζειν*. 5) *ἐκ τοῦ* A. B. C. coniicio *καὶ αὐτὸς* scriptum fuisse. Verba *ἐγκεφάλου. . . . . . . πληρωθῇ ὁ* om. B. 6) *πάθος τὸ* om. A. *τὸ* solum

φάλου γίνεται· διὸ τὸ πάθος τὸ λεγόμενον φρενῖτις ἀπὸ πυρετῶν καυςικῶν γίνεται· τῆς γὰρ ἀτμίδος ἐκ τῶν σπλάγχνων διὰ τῶν μεταφρένων [1] ἀναπεμπομένης τῷ ἐγκεφάλῳ ξηραίνεται τὸ ὑγρὸν τοῦ ἐγκεφάλου καὶ γίνεται φρενῖτις, (τουτέςι [2] παράφρων ὁ ἄνθρωπος) καὶ χρὴ [3] ψυκτικοῖς ἐλαίοις ἐμβρέχειν τὸν ἐγκέφαλον [4] καὶ διὰ ῥινῶν καὶ δι' ἐμέτων. Ὁ δὲ λήθαργος πάθος ἐστὶ καὶ αὐτὸ [5] τοῦ ἐγκεφάλου· ὅταν γὰρ ψυχρῶν χυμῶν πληρωθῇ ὁ ἐγκέφαλος, τότε τὸ [6] πάθος τὸ λεγόμενον λήθαργος παρακολουθεῖ τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ χρὴ τῶν θερμαινόντων προσφέρειν χρίσιν τῷ ἐγκεφάλῳ. ἡ δὲ παράλυσις ἡ γινομένη εἰς [7] ὀφθαλμὸν, ἢ [8] εἰς χεῖλος, ἢ εἰς ὅλον τὸ [9] ἥμισυ τῆς ὄψεως ἀπὸ ψυχροῦ καὶ ὠμοῦ χυμοῦ [10] γίνεται παραπεμπομένου ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ χρὴ ἐνεγκεῖν διὰ ῥινῶν τὸ καθαῖρον τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἔξωθεν [11] ἀτμοῖς πυρὸς ἐκθλίβειν μᾶλλον ἢ [12] καυτῆρσι κατὰ τῶν ὠτίων. ὅσα δὲ πάθη γίνονται [13] ἐν τῇ κεφαλῇ ἐκ τοῦ ςομάχου ἔχει τὰς ἀρχάς· ὥσπερ [14] δὴ ἀποςήματα, [15] ὀφθαλμίαι, πόνοι ὀδόντων, παρίσθμια, σταφυλὴ, [16] βράγχοι, δύσπνοια, κ. τ. λ.

[17] Ἔχει δὲ [18] ἡ κεφαλὴ ῥαφὰς πέντε, εὑρίσκεται δὲ καὶ μονοφυὴς [19] κεφαλὴ μὴ κεκτημένη ῥαφὴν, καί ἐστιν ἡ τοιαύτη ὑγιής. οὐλόθριξ δὲ [20] γίνεται ὅταν θερμοτέρα

---

om. B. 7) ἐγκέφαλον D. 8) εἰς om. C. 9) πρόσωπον D. 10) γίνεται om. B. et πεμπομένου legit. 11) ἀτμὶς D. 12) καυςῆρσι D. 13) ἐκ τῆς κεφαλῆς B. 14) A. δὲ. 15) Ante ὀφθ. B. C. σχινώδεις. D. χινώδεις inserunt. Mihi vocabulum corruptum et a loco aberrasse videtur, quippe suspicor κιονίδες scriptum fuisse et pone ςαφυλή esse inserendum. 16) βρόχοι A. B. D. 17) καὶ ἐστὶ κεφαλὴ ἔχουσα C. D. 18) ἡ om. A. 19) κεφ. om. B. 20) λέγεται D. ὅταν δὲ D.

bet ubi caput est calidius, capillos passos autem ex humore in capite abundante: color flavus capillitii e bile flava, calvitium e calido oritur.

Differentiae pulsus sunt quatuor: latus, brevis, angustus, intermedius. Haec e pulmone.

Iecur autem ipsum alimentum in chylum convertit tribus coctionibus: in prima alimenti pinguedinem, (i. e. eam partem, quae succum habet utilem) cor accipit et sanguinis puri copia adaugetur. Secunda coctio: hepar (alimentum) accipit, ac nutrit corporis partes et bilis generatur flava: lien vero e residuo nutrimento corporis alitur et humor melancholicus paratur; cerebrum autem e ventriculo humectatur, quodsi fit pituita abundat. Tertia coctio: alimentum in superiori ventre in chylum mutatur, quo facto pylorus aperitur, qui ieiunum etiam dicitur, quum per illum alimentum transeat tantum et descendat ad ventrem inferiorem. Venter autem muco obductus est propter ciborum acrimoniam. Urina vero per renes descendit, et per meatus, qui ad vesicam tendunt, humor in vesicam defertur.

---

1) δὲ om. A. δὲ γύναιτε B. 2) τοῦ om. C. 2) ξανθώσις δὲ A. D. ξανθώσεις C. δὲ om. B. 4) τοῦ solus dat D. 5) καὶ αὕτη γίνεται D. γίνεται καὶ αὕτη C. 6) σφ. om. B. C. D. 7) A. πέντε πλατὺς, βαρὺς, βροχὸς, σποινός, μέσος. Sic etiam B. qui σπινός C. legit: πέντε πλατὺς, βραχὺς, βροχὸς, σπινὸς, μέσος. Illud βαρὺς, βρόχος et βραχὺς, βροχὸς uni βραχὺς originem debere videtur; num quid πινὸς, σπινὸς, σποινὸς e σπάνιος pro ἀραιὸς orta? an vero e ςενός? hoc quidem verosimillimum censeo. 8) πνεύματος B. C. Ceterum locus hicce mutilatus esse videtur. 9) χυ-

ἐςὶν ἡ κεφαλή, ἀπλόθριξ [1] δὲ ἐκ τοῦ περισσοῦ ὑγροῦ, [2] τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ, [3] ξανθότης τριχῶν ἐκ τῆς ξανθῆς χολῆς, φαλάκρωσις δὲ ἐκ [4] τοῦ θερμοῦ [5] γίνεται.

Διαφοραὶ [6] σφυγμοῦ εἰσι [7] τέσσαρες· πλατὺς, βραχὺς, πινὸς, μέσος. ταῦτα ἐκ τοῦ [8] πνεύμονος.

Τὸ δὲ ἧπαρ αὐτὸ [9] χυλοποιεῖ τὴν τροφὴν διὰ τριῶν πέψεων· εἰς τὴν πρώτην πέψιν λαμβάνει τὴν [10] πιότητα τῆς τροφῆς (τουτέςι τὸ νόςιμον) ἡ καρδία, καὶ γίνεται αἵματος καθαροῦ πρόσθεσις. δευτέρα πέψις· λαμβάνει τὸ ἧπαρ καὶ τρέφει τὰ μόρια τοῦ σώματος, καὶ [11] γεννᾶται ξανθὴ χολή· ὁ δὲ σπλὴν ἐκ τῆς [12] κοράσεως τοῦ σώματος τρέφεται καὶ γεννᾶται [13] ὁ μελαγχολικὸς χυμός· ὁ δὲ ἐγκέφαλος ἐκ τοῦ ςομάχου ὑγραίνεται καὶ πλεονάζει τὸ φλέγμα. τρίτη πέψις· χυλοποιεῖται ἡ τροφὴ ἄνω εἰς τὸν ςόμαχον· καὶ τότε ἀνοίγεται ὁ πυλωρὸς, ὃς καὶ νῆςις καλεῖται, ἐπειδὴ [15] πάροδον μόνον ποιεῖται ἐκεῖθεν ἡ τροφὴ [16] καὶ κατέρχεται εἰς τὴν κάτω [17] κοιλίαν. ἡ δὲ κοιλία [18] γεγανωμένη ἐςὶ φλέγματι διὰ τὴν δριμύτητα τῶν σιτίων. τὸ δὲ οὖρον διὰ τῶν νεφρῶν κατέρχεται, καὶ διὰ τῶν [19] οὐρητήρων τῶν ἀποκειμένων [20] εἰς τὴν κύςιν (τουτέςι [21] τὴν φοῦσκαν), εἰσέρχεται εἰς τὴν κύστιν τὸ ὕδωρ.

λοποιεῖται A. B. C. 10) πιότητα D. ποιότητα cett. — seq. τὸ νόςιμον fecit ut illud praetulerim. 11) γύναιτε B. 12) κορώσεως B. C. D. Neque κόρασις, neque κόρωσις in Lexx. invenitur: a κοράω, κορόω ductum fere *recrementum* h. l. denotat. 13) ὁ om. C. D. 14) χυμῶν D. 15) παρόδιον D. 16) καὶ om. B. D. 17 τὴν κ. C. 18) γεγανομένη D. 19) σειροτήρων C. D. 20) εἰς τὴν om. B. τὴν κύςιν τουτέςι om. C. D. 21) B. εἰς τὴν φοῦσκαν καί. — A. D. φύσκαν legunt.

Sensus in homine quinque sunt: visus, olfactus, auditus, sapor et tactus: visus quidem ex aethere, olfactus ex aëre, auditus ex igne, sapor ex humido, tactus e terra.

Facultates animi sunt quinque: mens, intellectus, opinio, imaginatio et sensus.

Constat autem homo e quatuordecim partium generibus, i. e. e nervis, arteriis, sanguine, spiritu, carne, pinguedine, cartilaginibus, unguibus, ossibus, humoribus, medullis, capillis et membranis. Fiunt vero horum excretiones in viris quidem per alvum, per urinas, per vomitiones, per oculos, per nares, per sputa, per sudores, per venerem, per meatus occultos, per capillos, per aures. In foeminis autem duo insuper adduntur: per lac et per menstrua. Lac vero sanguis est, itidemque semen: vir enim quando magno nisu ad coitum fertur, sanguinem excernit: similiterque mulier ubi genitalia nimis intendit, sanguis ex illis profluit.

Habet autem spina dorsi hominis vertebras viginti quatuor; costas viginti quatuor; dentes et molares

---

1) δὲ om. D. εἰσὶν C. D. 2) ἀ. ὀ. B. 3) δὲ om. C. D. 4) δὲ om. C. 5) καὶ ἡ. C. D. 6) Hanc periodum Δυνάμεις. . . . αἴσθησις C. et D. tantum ferunt. 7) ἤγουν om. A. B. 8) σ. πν. C. 9) ὀξέων om. C. D. 10) καὶ om. A. D. et pone ὑμένων C. D. καὶ φλέγματος addunt. 11) δὲ αἱ κρίσης B. ἐκρύσεις τοῖς C. omissis δὲ αἱ . . . τούτων, iisdemque omissis D. ἔκρηξεις τοῖς. 12) τῶν ἱδρ. B. 13) δι᾽ ἀφρ. C. D. 14) δι᾽ ὀνύχων B. pone ὤτων C. D. διὰ τῶν

Αἰσθητήρια [1] *δέ ἐςιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ πέντε· ὅρασις*, [2] *ὄσφρησις, ἀκοὴ, γεῦσις καὶ ἁφή· ἡ μὲν ὅρασις ἐκ τοῦ αἰθέρος, ἡ δὲ ὄσφρησις ἐκ τοῦ ἀέρος, ἡ* [3] *δὲ ἀκοὴ ἐκ τοῦ πυρὸς, ἡ* [4] *δὲ γεῦσις ἐκ τοῦ ὑγροῦ*, [5] *ἡ δὲ ἁφὴ ἐκ τῆς γῆς.*

[6] *Δυνάμεις εἰσὶ τῆς ψυχῆς πέντε· νοῦς, διάνοια, δόξα, φαντασία καὶ αἴσθησις.*

Συνέςηκεν δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐκ τινῶν δεκατεσσάρων· [7] *ἤγουν νεύρων, φλεβῶν, ἀρτηριῶν, αἵματος*, [8] *πνεύματος, σαρκὸς, πιμελῆς, χόνδρων, ὀνύχων*, [9] *ὀςέων, χυμῶν, μυελῶν, τριχῶν* [10] *καὶ ὑμένων. Γίνονται* [11] *δὲ αἱ ἐκκρίσεις τούτων τοῖς μὲν ἀνδράσι διὰ κοιλίας, δι' ἐμέτων, δι' ὀφθαλμῶν, διὰ μυκτήρων, διὰ πτυελῶν, δι'* [12] *ἱδρώτων, διὰ τῶν ἀφροδισίων, διὰ τῶν ἀδήλων πόρων, διὰ τριχῶν*, [14] *δι' ὤτων. Ταῖς* [15] *δὲ γυναιξὶ* [16] *προστίθεται καὶ δύο· διὰ τοῦ γάλακτος καὶ* [17] *διὰ τῶν ἐμμήνων. Τὸ δὲ γάλα* [18] *αἷμά ἐστιν· ὁμοίως* [19] *δὲ καὶ ἡ γονὴ, (*[20] *τουτέςιν ὁ σπόρος τοῦ ἀνθρώπου). Καὶ μὴ ἀπιςήσῃς*, [21] *ἐὰν γὰρ βιάσηται ὁ ἄνθρωπος εἰς τὴν μίξιν, αἷμα ἐκκρίνει. ὁμοίως* [22] *δὲ καὶ ἡ γυνὴ ἐὰν* [23] *βιάσηται τὸ* [24] *θηλύδριον αὐτῆς αἷμα ἐξέρχεται.*

Σπονδύλους [25] *δὲ ἔχει ἡ ῥάχις τοῦ ἀνθρώπου εἴκοσι τέσσαρας, πλευρὰ εἴκοσι τέσσαρα· ὀδόντας καὶ* [26] *γόμ-*

ἀδ. π. — non pone *ἀφρ.* 15) *δὲ* om. A. 16) *προστίθεσθαι* D. 17) solus D. *διὰ* suppeditat. 18) *ἐκ τοῦ αἵματος γεννᾶται* A. B. propter argumenta quibus hanc sententiam probare conatur alteram lect. praetuli. 19) *δὲ* om. B. C. 20) haec. om. C. D. 21) *ἐὰν βιάσηται ἡ γυνὴ* C. *ἐὰν γὰρ ἡ γυνὴ τὸ κ. τ λ.* D. 22) *δὲ* om. B. 23) *βιάσοι* A. *βηᾄσεται* (sic) B. 24) *θυλήδιον* B. *θηλύδιον* D. 25) *δὲ* om. C. D. *ἔχει* om. B. 26) *γόμφος* de dentibus notatu dignum. — Hypatus *de*

triginta duos; dentes anteriores cibos praecidunt et incisores quoque vocantur. Ventriculus palmas habet quinque, intestinum vero ulnas tredecim. Nomina digitorum sunt: pollex, index, medius, quartus, parvus. Ungues mixtionis sunt siccae et frigidae.

Similiter quatuor in anno sunt tempestates: ver, aestas, auctumnus et hyems. Singulae autem tempestates dies habent nonaginta et unum. Ver calidum et humidum est, quapropter sanguinis copia in corporibus adaugetur: aetas calida et sicca, quamobrem et bilem flavam auget: auctumnus frigidus et siccus, auget vero bilem atram et ichores (ichores autem sunt sanguinei et aquosi). Hyeme in corpore pituita abundat. Quatuor enim hominis elementa secundum quatuor anni tempestates distinguuntur. Propterea anni tempestatem et aegri aetatem ac temperamentum considerare oportet et ad horum normam curationem informare. Quodsi igitur verno tempore quis aegrotet iuvenis, sanguinis copia adest et homini venam secare oportet: et pleuritis ubi adest unius diei vel duorum vel trium vena secanda, priusquam morbus superior evadat et vires collabantur: utilis enim ho-

---

Corp. Part. p. 148. Ed. Bernard: *τῶν ὀδόντων οἱ μὲν πρόσθιοι γόμφοι.* — In nota editor: » lege *γόμφιοι.*" Emendatione opus esse non credo. In Steph. *Thes.* adfertur Glossa: *γόμφοι Maxillares: gingivae.* 1) *διχαπῆρες* D. 2) *τημεῖς* A. 3) *ἔχει* om. C. D. 4) *ἀντίχειρος* B. *λειχανὸς* B. 5) *ὃς καὶ σ.* om. B. C. D. 6) om. B. C. D. 7) *ὁ μ.* A. 8) om. B. C. D. 9) *οἱ* dat solus C. *δὲ* om. B. C. D. 10) h. l. B. Inscriptionem habet *περὶ τροπῶν.* 11) *δὲ* om. C D. 12) *καὶ*

+ ? w.t ventriculo sed Oesophagus. –

φους τριάκοντα δύο· οἱ ἔμπροσθεν ὀδόντες [1] διχαςῆρες οἱ καὶ [2] τομεῖς. ὁ ςόμαχος ἔχει παλαιςὰς πέντε, τὸ δὲ ἔντερον [3] ἔχει πήχεις τρεῖς καὶ δέκα. ὀνόματα δακτύλων, [4] ἀντίχειρ, λιχανὸς, μέσος [5] (ὃς καὶ σφάκελος), παράμεσος [6] (ὃς καὶ ἐπιβάτης), [7] καὶ μικρὸς [8] (ὃς καὶ μύωψ). [9] οἱ ὄνυχες δὲ ξηρᾶς καὶ ψυχρᾶς κράσεώς εἰσιν.

[10] Τροπαὶ [11] δὲ ὡσαύτως [12] ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τέσσαρες· ἔαρ, θέρος, μετόπωρον καὶ χειμών. ἔχει δὲ ἡ τροπὴ ἡμέρας ἐννενήκοντα καὶ μίαν. Τὸ ἔαρ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, διὰ τοῦτο καὶ [13] αὔξησις αἵματος εἰς τὰ σώματα· τὸ θέρος θερμὸν καὶ ξηρὸν, διὸ [14] καὶ αὔξει ξανθὴν χολήν· τὸ μετόπωρον ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, αὔξει δὲ [15] μέλαιναν χολὴν καὶ ἰχῶρας· οἱ δὲ ἰχῶρές εἰσιν αἱματώδεις [16] καὶ ὑδατώδεις· τῷ δὲ χειμῶνι τὸ φλέγμα πλεονάζει [17] ἐν τῷ σώματι. Τὰ [18] γὰρ τέσσαρα ςοιχεῖα τοῦ ἀνθρώπου πρὸς [19] τοὺς τέσσαρας καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ διαιροῦνται. διὸ χρὴ θεωρεῖν τὴν τροπὴν, τὴν [20] ἡλικίαν καὶ τὴν κρᾶσιν τοῦ νοσοῦντος καὶ πρὸς [21] ταῦτα ἰατρεύειν. Καὶ ἐὰν [22] ἐν τῷ ἔαρι νοσῇ τις νέος αἵματος πλῆθός ἐςι καὶ χρὴ φλεβοτομεῖν τὸν [23] ἄνθρωπον, καὶ πλευρῖτις ἐὰν ἔστι μιᾶς [24] ἡμέρας ἢ δύο ἢ τριῶν [25] φλεβοτόμησον τὸν νοσοῦντα, πρινὴ τὸ πάθος κρατήσῃ καὶ αἱ δυνάμεις καταπέσωσιν· ὠφέλιμον [26] γάρ ἐςι τὸ [27] φλεβοτομεῖν τῷ

ἐν B. 13) ἀ. ά. ἐν σώματι A. αὔξουσιν σώματος καὶ αἵματος B. 14) καὶ solus D. — αὔξεται ξανθὴ χολή C. αὔξει ξανθὴ χολή. A. 15) μέλαινα χ. C. ἡ μ. χ. D. 16) καὶ om. C. D. 17) ἐν om. B. ἐν τῷ σ. om. A. 18) δὲ D. 19) Sic D. cett. τάς. 20) ἡλικίαν A. ἱλιακὴν (sic) B. τὴν ἡλιακὴν C. τῆς ἡλιακῆς D. 21) τοῦτο A. 22) ἐν om. C. D. νοσεῖ C. 23) αὐτόν. C. D. 24) ἡμερῶν A. 25) φλεβοτομήσεις B. 26) γὰρ dat C. δέ B. cett. om. 27) Sic D. cett. φλεβότομον.

mini venae sectio. Et tempestas, qua venam secare conducit, incipiat a Perittaei mensis: i. e. Februarii decimo quinto die, usque ad decimum mensis Gorpiaei et iterum incipiat a decimo Gorpiaei mensis i. e. Septembris ad decimum septimum Decembris usque. Sin autem aestatis tempore quis aegrotet, morbi initio purgari debet.

Nos autem, o Rex! ad sanitatem tamquam ad scopum animum attendentes eamque curae habentes nunc quam maxime possumus philosophamur, ut victus ra-

---

1) ὁ om. C. 2) περβερεταίου A. περιτταίου B. τριταίου C. τοῦ περιτταίου D. 3) εἰς τὰς om. B. C. D. 4) ἕως — δεκάτης solus D. 5) ἀρχέσθω om. A. 6) Γορτιαίου B. C. D. 7) ἤγουν B. Ἤγουν et τουτέςι Glossematum fere sunt indicia: neque dubito, quin Romanorum mensium nomina sint ab recentiore manu adscripta. 8) τὰς ιζ' A. τῇ ιζ' B. C. τῆς ις' D.
9) δεκεβρίου A. δεκεβρίου μηνὸς D. δεκεμβρίου μηνός C. cett. δεκευρίου. Ceterum excidisse videtur nomen mensis Macedonici τοῦ Ἀπιλλαίου (τουτέςι τοῦ Δεκεμβρίου): nam satis apparet auctorem ipsum ubique Macedonicis mensium nominibus fuisse usum: quibus singulis Romanorum nomina recentior aliquis lector aut librarius addiderit. Fortasse nonnemini gratum faciam, si Macedonicorum mensium nomina hic ordine subiiciam: sunt autem haec:

Δῖος	*November*	*Ἀρτεμίσιος*	*Maius*
Ἀπιλλαῖος	*December*	*Δαίσιος*	*Iunius*
Ἀδυναῖος	*Ianuarius*	*Πάνεμος*	*Iulius*
Περιτταῖος	*Februarius*	*Λῷος*	*Augustus*
Δύςρος	*Martius*	*Γορπιαῖος*	*September*
Ξανθικός	*Aprilis*	*Ὑπερβερεταῖος*	*October.*

10) θέρει B. D. καιρῷ om. C.

ἀνθρώπῳ. καὶ ὁ καιρὸς [1] ὁ θέλων φλεβοτομεῖσθαι ἀρχέσθω ἀπὸ [2] Περιτταίου μηνὸς (τουτέςι Φευρουαρίου) [3] εἰς τὰς δέκα πέντε [4] ἕως τοῦ Γορπιαίου μηνος δεκάτης· καὶ πάλιν [5] ἀρχέσθω ἀπὸ τῶν δέκα τοῦ [6] Γορπιαίου μηνὸς, ([7] τουτέςι τοῦ Σεπτευβρίου) ἕως τῆς [8] ἑπτακαιδεκάτης τοῦ [9] Δεκεμβρίου. εἰ δὲ ἐν τῷ [10] θερινῷ καιρῷ νοσεῖ τις εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ πάθους χρὴ καθαίρεσθαι.

[11] Ἡμεῖς δὲ ςοχαζόμενοι, ὦ βασιλεῦ, [12] καὶ τῆς ὑγείας φροντίζοντες νῦν φιλοσοφοῦμεν τὸ [13] κράτιστον εἰς δίαιταν σωμάτων [14] καθηκόντως τρέφειν τε καὶ δια-

---

11) Quae sequuntur usque ad finem Epistolae simillima sunt iis, quibus incipit auctor Epistolae, quam edidit Boisson. Idem argumentum verbis paulo diversis, discrepantibus etiam levioribus quibusdam aliis in dividendi anni ratione, ab altero isto Pseudo-Hippocrate enarratur. Operae pretium est describere ipsum exordium: *Ἐπιμελούμενοι τῆς σῆς ὑγείας, ὦ βασιλεῦ, καὶ ταύτης φροντίδα τιθέμενοι, τὸ κράτιςον τῶν τῇ διαίτῃ καὶ τῷ σώματι καθηκόντων ὑποθέσθαι σοι ἀκριβῶς κατανοήσαντες, τὰ ἀποβαίνοντα τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι ἐξ ἑκατέρων ἄςρων τε καὶ ὡρῶν καὶ κέντρων* (leg. *καιρῶν*) *ὑποτετάχαμέν σοι, ἀναγράψαντες ἐν κεφαλαίοις καὶ πεπομφότες σοι, ὥςε προγινώσκειν τὰ μέλλοντα καὶ βοηθεῖν τῇ τῆς διαίτης ὕλῃ, ἵν' οὕτως ποιῶν ἐῤῥωμένος διατελέσῃς τὸν ἅπαντα χρόνον*: quae nostris haud paulo clariora sunt et ad emendandum faciunt. 12) *καὶ* om. C. Fortasse leg. *ςοχ. ὦ β. τῆς σῆς ὑγείας* deleto *φροντίζοντες* Glossemate vocis *ςοχαζόμενοι*. 13) A. C. D. *ἀκράτητον*. B. *ἀκρότητον*, unde lectionem nostram effecimus, confirmatam a Boiss. 14) Sic C. qui *τε* om. Cett. *τρέφειν τε καθηκόντως καὶ διατίθεσθαι*. Integriora ex Epist. Boiss. peti possunt.

tionem corporibus praescribamus ad illa recte nutrienda et componenda. Accurate igitur consideratis aegritudinibus, quae corpori humano accidunt, ad astra singula et anni tempestates singulas et singula tempora tibi praecepimus et brevi comprehensam sphaeram medicam litteris mandatam tibi mittimus, cuius ope praevideas morbos, qui hominis corpus invadent proxime futura anni tempestate et ad finem anni usque, occasione favente. Tu autem si haec cordi habens vivas, ut plurimum morborum immunis vives reliquam huius vitae partem et imprimis superior valetudinis potestati, et quaecumque hominum generi utilia sunt possidens, bonisque omnibus fruens, de quibus in sphaera praecipue agitur, quam a me conscriptam tibi trado.

A Vergiliarum occasu usque ad solstitium hyemale dies sunt quadraginta quinque: ab Apillaei i. e. Decembris mensis decimo tertio die usque ad vigesimum sextum Adynaei, i. e. mensis Ianuarii. Dies isti pituitam augent: ieiunus autem balneis utere sudans et corpus detergens: veneri etiam indulge ac fer laborem.

---

1) *ἀκριβῶς. ὦν* A. *ὦν οὖν* B. *νῦν οὖν ἀκρ.* C. D. 2) *συμβάντα* D. qui om. *ἀῤῥωςήματα ἐν.* Convenit Epist. Boiss. 3) *ἄςρον* om. A. 4) Melius Boiss. *ὑποτετάχαμεν* et mox *κεφαλαίοις.* 5) *ἀεί* C. D. *προγινώσκειν* D. 6) *γίνεσθαι πάθη* om. D. sed infert *πάθη* post *σώματι. γίνεσθαι* om. C. 7) *ἐςῶσαν* B. 8) *καὶ — βοηθόν.* om. C. D. 9) *τὸ* om. C. 10) *τὸ τοῦ παρόντος χ. μέτρον* A. *τὸ τοῦ παντός χ. μ.* B. *τὸ ἐπίλοιπον τοῦ χ.* C. *μέτρον* om. etiam D. in ceteris A. sequens 11) *τὴν* om. D. 12) *ἀνθρωπίνῳ* C. D. 13) *ἀγαθῶς* C. D.

τίθεσθαι. [1] ἀκριβῶς οὖν κατανοήσαντες τὰ [2] συμβαίνοντα ἀῤῥωςήματα ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι καθ᾽ ἕκαστον [3] ἄςρον τε καὶ ὥραν καὶ καιρὸν [4] προστετάχαμέν σοι καὶ ἀναγράψαντες ἐν κεφαλαίῳ σφαῖραν ἰατρικὴν πέμπομέν σοι, δι᾽ ἧς [5] ἂν προγινώσκοις τὰ μέλλοντα [6] γίνεσθαι πάθη τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι κατὰ τὴν [7] ἐνεςῶσαν ὥραν [8] καὶ τοῦ ἐπιτελευταίου ἐνιαυτοῦ, ἔχων τὸν καιρὸν βοηθόν. Σὺ δὲ εἴ τι ἐπιμελούμενος διατελέσειας, ὡς ἐπὶ [9] τὸ πολύ τε ἄνοσος μένων βιοῖς [10] τὸ ἐπίλοιπον τοῦ χρόνου μέτρον καὶ μάλιςα ὑπὲρ [11] τὴν τῆς ὑγείας δύναμιν, καὶ ὁποῖα ὠφέλιμα ὑπάρχει τῷ τῶν [12] ἀνθρώπων γένει καὶ ἐν πᾶσιν [13] ἀγαθοῖς ἔχοντα, ὑπὲρ ὧν δὴ [14] σφόδρα ἐστὶν ὁ λόγος τῆς σφαίρας καὶ [15] γεγραφὼς ταύτην παρέχω σοι.

᾿Απὸ Πλειάδων δύσεως . . . [16] χειμερινῆς ἡμέραι τεσσαράκοντα πέντε, ἀπὸ [17] ᾿Απιλλαίου (τουτέςι [18] Δεκεμβρίου) [19] μηνὸς τρισκαιδεκάτης [20] (καὶ αὖθις) εἰς [21] τὰς εἴκοσι καὶ ἓξ τοῦ [22] ᾿Αδυναίου (τουτέςιν ᾿Ιανουαρίου) [23] μηνός. Αὗται αἱ ἡμέραι αὔξουσι τὸ φλέγμα· χρῶ δὲ τοῖς λουτροῖς νῆςις ἱδρῶν [24] καὶ ἀποματτόμενος, [25] χρῶ δὲ καὶ ἀφροδισίοις καὶ πόνοις.

ἀγαθῷ. B. 14) *σφοδρῶς* B. 15) *ἐγγράφως* A. D. *ἐγράφως* B. C. 16) Lacuna est. Boiss. Epist. *᾿Απὸ Πλειάδων δύσεως μέχρι τροπῶν χειμερινῶν.* Quod exciderat in versione supplevi. 17) *πυλαιότου* A. *ἀπιλιώτου* B. *πιλήου.* C. *πυλίου.* D. 18) A. D. *δεκεβρίου.* C. *δεκεμβρίου.* Cett. *δεκευρίου.* 19) *μηνός* om. A. *ιγ'* om. B. 20) bene haec om. D. 21) *τὰς* C. D. om. A. B. 22) *᾿Αδυναίοντος* A. *ἀδιναίου* B. *ἀδ. τουτέςι* om. C. D. 23) *μηνός* om. A. B. 24) *καὶ* om. C. D. *ἀπομασσόμενος* A. B. 25) *χρῶ — πόνοις* om. C. D.

A solstitio hyemali ad aequinoctium vernum usque dies nonaginta duo, quippe ab Adynaei i. e. Ianuarii vigesimo septimo ad Xanthici i. e. Aprilis ad vigesimum octavum. Hi dies sublimes ferunt humores et copiam sanguinis: utaris autem deambulationibus et balneis et cibis siccis et lautiori vitae generi et venere et laboribus.

Ab aequinoctio verno ad ortum usque Vergiliarum dies quadraginta et octo, a vigesimo octavo Aprilis ad Daesii usque; i. e. Iunii decimum sextum. Hi dies sanguinem augent: tu autem utere vinis bene olentibus et rebus venereis et laboribus.

Ab ortu autem Vergiliarum ad solstitium usque aestivum dies quadraginta duo. A mensis Daesii i. e. Iunii decimo septimo ad Panemi usque i. e. Iulii vigesimum octavum. Isti dies bilem flavam alunt; utaris vero vinis dulcibus et aquosis, ad ventrem animum attendens et a venere et laboribus abstinens.

A solstitio autem aestivo ad aequinoctium auctumnale usque dies nonaginta duo: a Panemi i. e. Iulii vigesimo octavo ad Hyperberetaei usque i. e. Octo-

---

1) τροπῶν om. A. B. τῶν om. C. D. 2) MSS. ἡμέρας. Sic etiam infra. Utrobique correximus: recte Boiss. Epist. ἕως ἰσημερίας ἐαρινῆς. 3) δυναίου A. αὐδιναίου B. ἀβδηναίου ἤγουν C. D. 4) ιζ' C. κη' D. 6) εἰς τάς om. C. D. 6) αὔξουσιν ὑγρασίας Epist. Boiss. ὑγρασίας etiam C. 7) λοετροῖς A. B. D. λουετροῖς C. 8) τριφίοις B. D. τρυφίοις C. Boiss. χρῶ — λουτροῖς πυκνοῖς καὶ τροφαῖς. Καὶ ἀφ. καὶ π. om. C. D. 9) ἀπὸ — ὀγδόης om. B. Hic etiam reponendum ἀπὸ Ξανθικοῦ

Ἀπὸ [1] τροπῶν τῶν χειμερινῶν ἕως [2] ἰσημερίας ἐαρινῆς ἡμέραι ἐννενήκοντα δύο ὡς ἀπὸ [3] Ἀδυναίου (τουτέστιν Ἰανουαρίου) [4] εἰκοστῆς ἑβδόμης ἕως Ξανθικοῦ (τουτέστιν Ἀπριλλίου) [5] εἰς τὰς εἴκοσιν ὀκτώ. Αὗται αἱ ἡμέραι [6] αἴρουσιν ὑγρασίαν καὶ πλῆθος αἵματος· χρῶ δὲ περιπάτοις καὶ [7] λουτροῖς καὶ ξηροῖς ἐδέσμασι καὶ [8] τροφαῖς καὶ ἀφροδισίοις καὶ πόνοις.

Ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς ἕως Πλειάδος ἀνατολῆς ἡμέραι τεσσαράκοντα ὀκτὼ [9] ἀπὸ Ἀπριλλίου εἰκοστῆς ὀγδόης ἕως [10] Δαισίου (τουτέστιν Ἰουνίου) [11] εἰς τὰς ἑκκαίδεκα. Αὗται αἱ ἡμέραι αὔξουσιν αἷμα· χρῶ δὲ οἴνοις εὐώδεσι [12] καὶ ἀφροδισίοις καὶ πόνοις.

Ἀπὸ [13] δὲ Πλειάδος ἀνατολῆς [14] ἕως τροπῶν θερινῶν ἡμέραι τεσσαράκοντα δύο, ἀπὸ μηνὸς Δαισίου (τουτέστιν Ἰουνίου) [15] εἰς τὰς ἑπτακαίδεκα ἕως Πανέμου (τουτέστιν Ἰουλίου) εἰκοστῆς ὀγδόης. Αὗται αἱ ἡμέραι ξανθὴν χολὴν τρέφουσιν· χρῶ δὲ τοῖς γλυκέσι [16] καὶ ὑδαροῖς, κοιλίας ἐπιμελούμενος καὶ ἀπεχόμενος [17] ἀφροδισίων καὶ πόνων.

Ἀπὸ [18] δὲ τροπῶν θερινῶν ἕως [19] ἰσημερίας [20] μετοπωρινῆς ἡμέραι ἐννενήκοντα δύο, ἀπὸ Πανέμου (τουτέστιν Ἰουλίου) [21] εἰς τὰς εἴκοσι καὶ ὀκτὼ ἕως [22] Ὑπερ-

---

(τουτέστιν Ἀπριλλίου). vid. supra. 10) MSS. solemni errore Δεσίου. 11) εἰς τὰς om. C. D. κς' D. 12) καὶ ἀφρ. om. C. D. 13) δέ om. A. B. 14) ἕως de meo supplevi. Boiss. ἀπὸ δὲ Πλειάδος ἀνατολῆς ἕως τ. θ. 15) εἰς τὰς solus B. 16) καὶ ὑδαροῖς. Boiss. χρῶ τοῖς γλυκέσι καὶ ὑδαρέσι. 17) ἀφροδισίων καί om. C. D. 18) δέ om. C. 19) MSS. ut supra ἡμέρας, melius Boiss. 20) μεσοπωρινῆς A. B. nostrum conf. Boiss. 21) εἰς τάς om. C. D. 22) ὑπερβρεταίου B.

bris vigesimum octavum. Hi dies atram bilem augent. Utaris autem vinis frigidis, aquosis, boni odoris et salsis, vinis et venere abstinens.

Ab aequinoctio auctumnali inde ad Vergiliarum occasum dies quadraginta quinque: ab Hyperberetaei, i. e. Octobris vigesimo octavo ad Apillaei i. e. Decembris duodecimum diem usque. Hi dies ichores augent: tu autem utaris acidis et acribus ac venere et laboribus.

Haec quidem observans, o Rex! a dolore et morbis immunis vives quod tibi superest vitae tempus.

---

1) ὕδασι A. B. Boiss. χρῶ τοῖς ψυχροῖς καὶ ὑδαρέσι καὶ εὐώδεσιν οἴνοις. 2) ἀλικοῖσιν A. ἀλικοῖς B. ἀφρ. ἀπεχ. om. C. D. 3) ἀπηλιάτου A. ἀπηλιώτου B. πιλεώτου C. πιλαιώτου D. 4) δεκεβρίου A. C. δεκευρίου cett. 5) καί ἀφρ. om. C. D. 6) δέ A. om. D. 7) ζήσῃ. 8) Hoc loco epistolae finis imponitur in MS. D. In reliquis tribus additur haec sententia: τῆς δὲ διαιρέσεως ταύτης τοῦτον (B. τούτων) ἐχούσης τὸν τρόπον (A. B. πόνον) τότε συνάγεται ὁ ἐνιαυτὸς εἰς ἡμέρας τξε'. — Forte haec referenda ad pag. 289. vs. 9. et pone καὶ μίαν inserenda. Fortasse adnotatio lectoris alicuius. Res quae memoratur tamen in mentem revocat auctoris enumerationem et computationem dierum. Numeros dierum singularum tempestatum, quas sex distinguit, si colligas pro toto anno habes 364. — Est tamen ubi non accurate computavit. pag. 295. vs. 8 seqq.



βερεταίου (τουτέςιν Ὀκτωβρίου) εἰκοςῆς ὀγδόης. Αὗται αἱ ἡμέραι αὔξουσι χολὴν μέλαιναν· χρῶ δὲ τοῖς ψυχροῖς [1] ὑδαρέσιν, οἴνοις εὐώδεσι καὶ τοῖς [2] ἁλυκοῖς, ἀφροδισίων ἀπεχόμενος.

Ἀπὸ ἰσημερίας μετοπωρινῆς ἕως Πλειάδος δύσεως ἡμέραι τεσσαράκοντα πέντε, ἀπὸ Ὑπερβερεταίου (τουτέςιν Ὀκτωβρίου) εἰκοςῆς ὀγδόης, ἕως [3] Ἀπιλλαίου (τουτέςι [4] Δεκεμβρίου) δωδεκάτης. Αὗται αἱ ἡμέραι αὔξουσιν ἰχῶρας· χρῶ δὲ ὀξέσι καὶ δριμέσι [5] καὶ ἀφροδισίοις καὶ πόνοις.

Ταῦτα [6] δὴ παραφυλαξάμενος, ὦ βασιλεῦ, [7] ζήσεις ἀλύπως καὶ ἀπόνως τὸν ἐπίλοιπον χρόνον. [8]

---

primo 28 Aprilis enumerat, quem in praecedenti tempestate iam computaverat: — tum vero 48 dies esse dicit usque ad 16 Iunii, (quem diem ipsum computare oportet, quum a 17 dein pergat,) id autem verum non est, nam 28 Aprilis computare non licet, quippe ad praecedentem tempestatem relatum, adeo ut duo tantum dies mensis Aprilis supersint; hi cum diebus 31 mensis Maii et 16 mensis Iunii faciunt 49. Quomodo si recte computaveris eius annus dies habebit 365. — In Cod. A. haec insuper adscribuntur: *τέταρτον ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς μυλία μυριάδες τξε' — ἅτινα κατὰ Χαλδαίους διέρχεται ὁ ἄνθρωπος εἰς χρόνους φ'. Τοῦτο γοῦν τὸ διάςημα ἀπέχει ἡ γῆ ἀπὸ τὰ τέσσαρα μέρη.* Omittuntur haec in B. — In C. D. pone priorem illam periodum sequitur fragmentum de foetus formatione, quod in D. *σοφιςοῦ Ἀλεξάνδρου* esse dicitur.



ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 11. vs. 4: *τῆς μικρᾶς.* Forte *τῇ μικρᾷ* scripsit THEOPHILUS.

« 12. « 13: primam: *lege:* alteram

« 46. « 14: inter eo: *lege:* inter se eo nomine

« 52. « 20: item *lege:* tandem

« 52. « *ult. in notis:* quum: *lege:* quem

« 54. « 11: satis rariorem: *lege:* satis rarum prae illis

« 63. « 18: *σῶμα.* Est haec quidem cod. lectio; *ϛόμα* in textum recipere debueram, sicuti Latine dedi. cf. GAL. ad TEUTHRAM p. 476.

« 86. « 25: *κατάργματος*: *lege:* *κατάγματος.*

« 88. « *antepenult.:* (homoeomeris Graece): *addenda sunt verba:* quales voco eos, qui e prava harum mistione originem ducunt:

« 97. « *penult. in not.* THEOPHR. NONNUM: *lege:* THEOPHAN. NONNUM similis error bis irrepsit p. 220.

« 101. « 17: *ὥσπερ τὰ ἕλκη*: — exhibui codicis lectionem: suspicor tamen LEONEM voluisse *ὥσπερ τὰ ἕλη*, ut ita morbi nomen unde desumtum sit exponeret.

« 102. « 15: diurnae: *lege:* diariae

Pag. 104. vs. 20: superstita: *lege:* superstitem

« 108. « 13: deplendum est: *melius:* deplere oportet

« 111. « 16: *περισκυφισμόν.* Ad hoc vocabulum seqq. addere liceat: Schn. in Lex. voce *περισκυθίζειν* apud Paulum VI. 7. *περισκυφισμόν* in *περισκυθισμόν* mutatum cupit; idem autem in voce *σκυφίον* recte monet vocabulum a Paulo usurpatum a *σκυφίον* deduci. Itaque fere sibi non constat vir celeb. Re ipsa *περισκυθισμός* et *περισκυφισμός* a se invicem differunt: hoc inciditur cutis, illo cum capillis de capite detrahitur, quod nusquam, quod sciam, fecerunt Chirurgici veteres, affirmante licet Schneid. — *Περισκυφισμόν* l. l. describit Paulus; describit etiam Aretaeus, nomine ipso non adposito, de cur. m. Chron. I. 2: *ἔταμόν τινες ὑπὲρ μέτωπον κατὰ τὴν ϛεφάνην τὸ δέρμα ἄχρις ὀϛέου καὶ τόδε ἐπιξέσαντες, ἢ ἐπικόψαντες μέσφι διπλόης ἐς σάρκωσιν ἤγαγον.*

« 113. « *ult.* *κινῆται: lege: γίνηται*

« 126. « 16: ipse: *lege:* ipsi

« 128. « 18: illum: *lege:* alterum

« 129. « *ult.* *μαμηρᾶ* — Interpretatus sum: *chelidonio minori* e Glossis a Du Cangio p. 859. citatis. Remedia enim ad *ψωροφθαλμίαν* pertinere videntur: de

chelid. autem *minori* Diosc. ἔχει δὲ τὴν δύναμιν δριμεῖαν, παραπλησίαν ἀνεμώνῃ, ἑλκοῦσαν τὴν ἐπιφάνειαν· ψώρας τε καὶ ὄνυχας λεπροὺς ἀφίστησιν.

Pag. 136. vs. 4: ἐγκανθίδα: *lege:* ἐγκανθίδα vocant.

« 138. « 10: in *delendum.*

« « « 12: hoc: *lege:* hos

« 144. « 12: procedit: *lege:* procidit et vs. 16: procidentem

« 145. « 3: βοθρίον: Operae pretium videtur animadvertisse minus recte in App. ad Lex. Schneid. hoc vocabulum reddi *das Hornhaut träublein:* βότρυς deminutivum habet βοτρύδιον; nostrum vocabulum a βόθρος, itaque βοθρίον *das Grübchen:* prius illud nomen Germanicum σταφύλωμα denotat.

« 148. « 10: redditur: *exciderunt verba:* rarus est morbus et insanabilis.

« 162. « 5: coniuncta: *lege:* coniunctum

« 163. « 14: μέγιστα ἢ ἕσδρα. — Ita codex: forte scripsit auctor μέγιστα ἡ ἕσδρα; quod si legamus pone ἀλεκτρυόνων puncto minori distinguendum.

« 169. « 9: πύγματα cf. notula ad pag. 205: tum vero Coel. Aurel. *m. Chron.* III. 2. p. 437: « Convenit etiam multiplicati linteaminis vaporatio, sive pannorum, vel plagellarum, quae Graeci πτύγματα vocant, oleo tinctarum." Nobis

kompressen audiunt. Vs. seq. *τὸ* uncis includendum.

Pag. 173. vs. 1 : *εἰκονίδιον*. Hoc certe interpretatione indiget. Nisi graviter fallor huc facit locus, quem in Gloss. MSS. Bibl. Reg. legi: in Neophyti Lex. Bot. Cod. 2286. et in alio Lex. Botan. Cod. 1310. (quod edidit Boiss. Vir. Celeb. in *Anecd. Graec.* T. II. p. 394—408.) en verba: *εἰκέονα καλεῖται τὰ ἐπὶ τῶν κηρύκων καὶ τῶν πορφύρων καὶ πιννῶν μέσα, περὶ ἃ ἡ ἕλιξ ἐςὶ τοῦ ὀςράκου· εἰσὶ δὲ αἱ κροκύδες αὐτῶν· δύναμιν δὲ ἔχουσι καυςικωτέραν τῶν κηρύκων καὶ τῆς πορφύρας διὰ τὸ ἐκπιέζειν αὐτῶν τὴν φύσιν.* Locum e duobus illis MSS. emendatiorem et pleniorem exhibeo quam Du Cang. p. 352. et Salmas. ad Solinum p. 792. Ad postrema confer notulam nostram 3 ad p. 229: nempe Glossae auctor istas *κροκύδας* pro organis habuisse videtur, quibus animalia illa alvum ponerent. — Hodierni Nat. Hist. cultores eas *byssum* vocant cf. Cuvier *Règne Animal* II. p. 456. I. v. d. Hoeven *Handb. der Dierkunde* II. p. 37. — Iam vero *εἰκονίδιον* deminutivum videtur, quo eadem res indicatur, quippe aptissime remedium *δύναμιν ἔχον καυςικωτέραν* in morbo frigido extus adpli-

candum commendatur: cf. supra cap. 15. lib. II., ubi in re simili: *οὕτως γὰρ ἀνακαλούμεθα τὴν ψύξιν.*

Pag. 177. vs. 2: *ἐπὶ τὸ πάσχον*: *lege*: *ἐςὶ τὸ πάσχον*.

« 181. « 5: *ἀποζυροῦ*: *lege*: *ἀποζυγοῦ*.

« 183. « 7: *τὸν ἁλιέα ἐκεῖνον*. Vid. Gal. *de locis Aff.* I. 6. pag. 65. Kühn.

« « « 19: *διὰ ψινθέας*: *lege*: *δι' ἀψινθέας*, uti p. 187. vs. 1: tum dele notulam ad calcem paginae.

« 185. « 22: *οἷον — κενοῦνται*: — Forte emendandum *ὥςε διὰ δύο ἡμερῶν κενοῦσθαι.*

« 189. « 5: *σατυριασμός*. Verosimiliter legendum: *καὶ σατυριασμός.*

« 192. « 12: hypochondrium: *lege*: hypogastrium

« 193. « 4: *οὐρῶσι*: *lege*: *οὐροῦσι*

« 194. « 11: gustationem calidam: *lege*: gustatio calida

« 203. « 17: *κοινῶν*: *lege*: *κοινῶς*

« 209. « 9: *σφυρώματα*. Vocabulum diu me torsit: quid significaret primum non intelligebam: tum *τὰ σφυρὰ* indicari putabam, nec tamen perspiciebam qui fieret ut ibi sedem furunculi esse diceret. Tandem in veram incidisse mihi visus sum emendationem legendo *σφαιρώματα*: *nates* enim saepius furunculis locum praebent. — Vocabulum habetur apud Schol. Aristoph. ad *Pacis* vs. 1239: *ὄῤῥος δέ ἐστιν ὁ ὑποκείμενος τοῖς σφαιρώμασι τόπος.*

« 211. « 13: *τροπάς*: *lege*: *τρύπας*

Pag. 213. vs. 7: *μυρμηκιᾶς*. Lepidum est, quod pro morbo formicarum agmen mutatus accentus excitavit: *lege: μυρμηκίας* et *μυρμηκία.*

« 235. « 21: *οἶνος ὁ μελίας καὶ ςυφ. κ. τ. λ.* Legendum puto: *οἶνος ὁ μελίας καὶ ςυφίζων· καὶ ὁ μὲν νέος οἶνος καὶ γλυκὺς εὐτροφώτερός ἐςι,*

« 236. « 18: bonis: *lege:* boni

« « « 19: alimenrorum: *lege:* alimentorum

« 243. « 2: *notae* 5: *ἐξ ὧν κ. τ. λ. lege: ἐξ ὧν δὲ ἄλειμμα, τῶνδε λίβανον, πιςάκια καὶ ἀμύγδαλα.*

« 245. « 11: *πεπεινῶν: lege: πετεινῶν*

« « « 14: *κολοκύνθη, ἐκζέςη, ὅταν πεφθῇ: lege: κολοκύνθη ἐκζέςη (ὅταν πεφθῇ).* Postrema *διττογραφίᾳ* deberi videntur, quare tollenda sunt.

« « « 2: *not.* ante *Forte* exciderunt verba: MS. *ὦτα νεφροὶ σπλάγχνα πάντα ἐγκέφαλος οὐραῶν καὶ των ταιλοιωζωον οἱ ὄρχοις*

« 248. « 5: cetri: *lege:* citri

« « « *antepenult. in nota: de re Hist.: lege: de re Rust.*

« 249. « *ult. not.* 1. Addo Sorani verba p. 206. vs. ult. *ὅτι σῆρος* (*σιρὸς* emendat Editor) *παρὰ τοῖς γεωργοῖς λέγεται σῶμα κοῖλον, εἰς ὃ τὰ σπέρματα βάλλοντες φυλάττουσιν.*

« 255. « 26: *τῶς: lege: τῶν*

« 258. « 4: melium: *lege:* milium

Pag. 260. vs. 17: utriplex: *lege:* atriplex
« 261. « 7: *τρίγλαι αἱ τὰς καρκινάδας ἐσθίουσαι:* emendationem certa auctoritate in notis munitam recepi; nolo tamen cod. lect. reticere: *τρίγλαι αι ταις καρδίαις ἐσθίουσι* (sic).
« 266. « 1: *notulae:* ca-: *lege:* capita
« 269. « 13: *σαφίδες γλυκεῖς*: *lege: σαφίδες γλυκεῖαι*
« 271. « 1: *ματζάναι*: Du Cangius locum citat et *ματζάνα* legisse videtur. Schedae meae ferunt *ματζάναι*, quod cum *ματζάνας* *Ptochoprodromi*, quem citat, congruit: sed vocabulum non interpretatur vir celeb.: ego *rubi fructus* Latine dedi: idem esse credens quod *βατζήνα*; facillima enim litterarum *β.* et *μ.* in usu permutatio, cuius alterum si velis exemplum, *χήμη* et *χηβάδες* cogita. Possit quis mihi obiicere mirum in modum inter mala persica et armeniaca rubi fructus interponi: at nolim affirmare h. l. ordinem verborum ab auctore ipso profectum esse, modo attendamus ad vs. superiorem: *φάβα χλωρὸν*, *συκάμινα*, *ἀμύγδαλα* scilicet!
« 273. in *nota* vs. 1: credo *omnino leg.* non credo
« 285. vs. 5: *πνεύμονος*. Recipienda omnino est duorum codd. lectio *πνεύματος*: et in versione pro pulmone *lege:* spiritu.

Ceterum mallem nihil omnino vitii aut erroris hisce opusculis nunc primum editis adhaesisset. Sed ignoscet aequus et eruditus lector, quum reputaverit quam anceps ac lubricum sit istud negotium, ac praeterea me ob locorum intervallum non nisi pauca ipsum perlustrare et emendare potuisse.

